


Copiese la portada.

M. S. pergamino 4.° con 250 f.s ~~sin~~ fo que comprende dos tratad.s foliad.s separadam.te: uno de lo q.e se marca, y otro de Precepti Charitatis

R.= Burgos = de peccatis.

Hay que hacer la de Vargas

Datur etiam Sancta superbia, et humilitas iniqua, ait Scriptura Sacra, ni fallor, aut sunt verba Divi Augustini



DISPUTATIONES TEOLOGICÆ DE PECCATIS.

Ad 1.am 2.æ Divi Thomæ Præceptoris Angelici.
à Quest.e 71 usque ad 89.

Authore R.mo P.e M.o Nicolao D. Burgos Cordubensi
E societate Jesu, in Cordubensi Collegio
Divæ Chatarinæ V. et M. sacro,
Theologiæ Moralis Professore Anno Domini, 1672

Opus Dei Parenti Virgini ab omni prorsus
peccato semper imuni, ex animo
Sacrum.

Scribebat D. Didacus De Verlanga
Escamilla, Virginis Deiparæ
in Coelos Assumptæ purpuratus
Collega



Praelocutio.

Sacrae moralis disciplinae tradendae munus dum libenter suscipimus, omino (?) a peccati auspicium et officiens ducimus argumentum. nec mirum, primus nobis in theâ morali labor a peccatis sit, quod primus huius vitae labor peccatum est. Vestri vestris, qui nunc consulimus, auditores optimi, peccata petentibus facile peccata concedimus: quod humanum est: ad peccata enim, aiebat moralissimus Seneca epistola 97, faciles sumus, et saepe rogati: adquin nec dux potest nec comes deesse: non pronuntier est tantum ad peccata iter proceps: et paucis interiectis pro re et munere nostro subiungit: omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt, offenduntque, non gaudet naufragio gubernator everso: non gaudet aegro medicus sublato: non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit; errantis in vita peccata delectant, nec ante illi culpa, quam culpae fortuna displicuit. equidem doctrinae nostrae peccata pudori maximo nobis essent, nisi adeo peccatorum nostrorum fortuna faviret, ut vos, humanissimos se dederit auditores, quorum facili venia in poenitendum in peccati labor, delectationem nobis afferet, non pudorem.

De peccatis Scholastici omnes cum Magistro in 2° sententiarum distinctione 32, et cum S. Thoma in 1.2 a quaestione 71 plura fuse et extensione satis disputant, et in disputando discrepant: tanta est peccati probabilitas, ut non modo operantium voluntates sua malitia ac foeditate deturpet, verum etiam speculantium intellectum

et diversitat, peccati illius e, malitie grabitate horum
animos a Deo avertere quin proprietatis mentes
oppinionum varietate separet et seiungat: adeo
deformem et immane monstrum progignit, quod
mente despicit, et deliberato affectu peccatum admittit.
nos brevitati soliti, et perspicuitati addamati con-
sulentes doctrine universe in disputationes decem districtam
tribuemus: quarum prima distinctione metaphysice, et definitione
peccati in communi definiet. 2a malicias alias peccato
fere omnibus competentes, licet peccati non distinctas exponet:
3a peccatorum exponet circunstantias: 4a divisionem
peccati in commissionem, et omissionem. 5a inter mortale et
veniale discernet: 6a de peccato actuali, habituali
et originali disseret. 7a distinctione specifica, et num-
erica peccatorum statuet. 8a inequalitate: 9a aget
de subiecto peccati: et 10a tandem causas intrinsecas, et
extrinsecas peccatorum aperiet. Unus in hoc iusto quidem
annui laborii penso respondere ausim, et obstrictam
fidem solbere conabor, utilia scilicet omnia quocumque
data, vel arrepta occasione incidant ad morali
theologie institutiones pertinentia tacere, et obfirmare,
ex illis quoque subnascentes dubios casus serio exponere
et expedire benigne, quod nostra maxime interest
in hoc prevertim opere, quod Logicarium et meta-
phisicarum legum nos immemores nulli paciet.
Et licet clarissimum Ecclesie lumen Augustinus de
de peccatis agit nullam de Beata Virgine voluerit
habere questionem; nos nullam de peccatis questionem absque
intemerata Dei parente obtima volumus instituere

Ut

ut quos inv redundantia huius vitæ peccata in deo-
nii semper filio protegente permansit, inv nostris
peccatorum doctrinis peccata doctrinæ nostræ ne
irrepant, benigne prohibet. Valete.

Disp.o I.a

De metaphysica constitutione, et distinctione peccati in communi.

Quæst.o I.a

Quinam formalis conceptus peccati metaphysice constituat, et ultimo distinguat a non peccato?

Caput I.um

Certa quædam ad notitiam peccati in communi præmittimus.

Peccatum, ut prudenti controversiæ subiectum est, omissis aliis 1
planioribus nominis vocum rationibus, accipitur pro
actione vel omissione humana, sive libera, vitupe-
rio, et poena digna quatenus sub cognitione obligationis
de ponendo actu agens morale et liberum non ponit
actum, aut actum ponit sub cognitione obligationis de
actu non ponendo, in hoc stricto quidem sensu merito
peccatum dicitur culpa, et malum morale hominis:
primum quidem, quod in genere moris rationem imputabilitatis
importat. Solum siquidem effectus ille imputatur operanti
qui a libera ipsius potestate dependet. Secundum autem
quod ipsius naturæ rationali quæ rationalis formaliter est, disconve-
niens est, et oppositum, sicut in genere physico calor
malum aquæ est, quia ipsius naturæ disconveniens est, illi que
adversatur, adversatur autem omne peccatum naturæ rationali ut tali

quod peccatum non est exercitium libertatis contra rectam rationem ellicitum; licet sit adversum non sensibus hominis contra illud Pauli ad Romanos 7° video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati.

2 Existentiam peccati negarunt Stellidi quidam haeretici quorum meminit Cardinalis Belarminus lib. 2° de amissione gratiae cap. [illegible] cujus vanitatem ipsa experientia testatur, naturae lumen dictat, et sacrae scripturae clamant. accedit, quod in remedium peccati misterium Incarnationis Sacramentorum que subsidia nobis bonitas Divina providerit, quanto sanctius et laudabilius nobis esset peccati existentiam delere, quam probare.

3 Propter multiplicitatem, quod peccatum dicitur, aut propter multiplicitatem, cui discordat et opponitur, variis appellationibus notatur. 1° respicit subjectum in quo est, naturam scilicet rationalem, cui quia est peccatum est, et illius malum morale dicitur. 2° respicit finem quo deviat et declinat peccatum: est autem finis iste rectitudo quam natura rationalis, et quivis illius actus spectare debet, ut honestus, et rectus sit, et qualis rationale operans decet: rectitudo autem est conformitas cum regula rationali et morali, sive cum lege proxima naturae rationalis, quae est ratio quae per dictamen practicum est directiva actionum, et omnium rationum humanarum, quarum honestatem, vel inhonestatem participant: propter declinationem istam a fine, quem intendere debet agens rationale, dicitur peccatum obliquitas delictum, et peccatum philosophicum. 3° respicit principium rationale scilicet et liberum: actus enim qui liber non est, nec imputabilitatem importat, nec bonitatem aut malitiam moralem, ut constat. et in hoc sensu stricte dicitur culpa-

quae solum in agentibus liberis reperitur. 3

4º Respicit legem 4

quam transgreditur: dicitur quae praevaricatio et inobedientia. 5º respicit legem quam offendit, dicitur offensa et iniuria Dei, quae non est formalis, sub ratione scilicet Dei, eius quae prohibitionis, dicitur peccatum theologicum. 6º respicit praemium, quo subiectum privat, quo in sensu dicitur demeritum. 7º demique poenam, quam incurrit, ratione cuius dicitur Reatus, qui non est aliud, quam dignitas ad poenam a legitimo iudice pro quantitate peccati taxandam. Multa hinc generalis aliqua nomina clarificones, quod peccatum significat: dicitur enim crimen, iniquitas, facinus, scelus, flagitium etc. quorum nominum vim et vim ex humano more loquendi recte deducit Doctor Oviedo videndus hic.

Cum ergo tot sint 5
peccati respectus tot vi quibus opponitur, tot regulae quibus difformatur, merito dubitant Doctores in quam ex his oppositionibus, et dissonantiis, distincta malitia moralis, et peccati, quod eius relativum est, formalis sita sit, ita quod per illam peccatum a non peccato ultimo et metaphysice differat? Cuius difficultatis decisione maxime revocanda sunt in memoriam nota vobis et familiaria principia metaphysicae integra et adaequata rerum distinctione quae docent, praeter sive physice sive metaphysice accidentia entis a primis, substantialibus et differentialibus secernere, et cognoscere, ut praecipua et exacta distinctionis formalitas de metaphysica iura statuatur. Caput lis per oppositas opinionibus hinc inde aut mere indicante in distinctionalitatis peccati ~~ostendit~~

formalis offen div.

Caput IIIj

Per oppositionem cum Divina lege positiva prohibente aut mere indicante non constitui malitias formalis peccati ostenditur.

6 Celebris admodum agitatur inter antiquos scholasticos dissensio, et viget inter nobiliores adhuc, nunc scilicet de peccatum ideo formaliter peccatum sit quia lege divina positiva prohibitum: adeo quod si nulla esset lex prohibens, nullum foret malum morale nec peccatum? Affirmarunt ex antiquis Sanctus Bonaventura, Occamus, Egidius et alii, quos refert Dominus Amicus disputatione 27 de malitia peccati sectione 6a et ex nobilioribus magister Curiel, Caramuel in theologia morali, a numero 1029 et ex parte doctrina [illegible] licet quatenus sit ad [illegible] denominatio devolvatur. Docetque [illegible] ablata Divina lege prohibente, mendacium futurum malum morale, et non peccatum: contra Doctores [illegible] docent, malitias constitutivas peccati in oppositione cum lege Divina positiva prohibente formaliter consistere.

7 Probatur 1o ex verbis illis Pauli ad Romanos 4o ubi non lex, ibi nec praevaricatio, quia tota essentia peccati est quod sit contra legem. 2o ex D. Augustino, qui lib. 22o contra Faustum definit peccatum per contrarietatem ad legem Divinam, dictum vel factum vel concupitum contra legem aeternam Dei: et lib. 1o de peccatorum meritis et remissione [illegible] nam peccatum erit, si quod erit, si non divinitus jubeatur ut non sit. 3o a ratione: quia peccatum est malum morale; malum autem morale consistit in oppositione cum regulis morum; sed regulae morum sunt leges: ergo peccatum formaliter consistit in oppositione cum legibus. 4o peccatum est per se dignum malum poenae;

id reatus poenæ oriri ex aliqua lege prohibente: Ergo 5
peccatum est essentialiter supponit aliquam legem prohibentem:
alioqui non posset ad illud reatus poenæ sequi.

Negat 6
uniuscuiusque peccati ideo formaliter peccatum esse quod est lege positiva
aliqua prohibitum, communiter qui dicunt formaliter, et meta-
physice malitiam peccati per oppositionem cum lege divina
positiva, Scotus in 3° sent. dist. 37, Pater Suarez
tract. 3° de actibus humanis disp. 7 sect. 1ª Vasquez
1.2. disp. 97 cap. 4°, et plures alii videndi apud
Patres Granadum, Oviedum, Amicum, et Dicastillo: quæ jam
communis est et longe probabilior; nititurque illi vulgatis-
simo axiomati aliqua sunt mala quia prohibita
aliqua vero prohibita quia mala, quod probat D. Augustinus
lib. 1° de libero arbitrio cap. 3 ubi dicentibus Euodio
asserenti, adulterium non ideo esse malum, quia lege vetatur,
sed ideo lege vetari, quia malum est: et D. Thome 1.2.
quæst. 100ª art. 1°, ut videre licet apud Pater Suarez
lib. 2° de legibus cap. 6.

Nostri sententia hac probatur 1° a priori. 7
Ablata aut non intellecta oppositione peccati cum qualibet
lege positiva prohibente, intelligitur malitia moralis
peccati formaliter distincta: ergo hæc non consistit in oppositione
cum lege positiva prohibente. Consequentia liquet probatur antecedens:
ablata aut non intellecta oppositione mendacii, perjurii
odii Dei, furti, homicidii, adulterii etc. cum lege
positiva prohibente (sive quia talis lex superior illi lege
nondum intimata non detur, sive quia invincibiliter ignoretur,
sive quia ab illa formaliter ~~[illegible]~~ abstrahatur) intelligitur
in illis ratio actus culpabilis et vituperabilis in genere
moris; sed eo ipso quod intelligatur ratio actus culpabilis

et vituperabili in genere moris intelligitur mali-
tia moralis peccati formaliter distincta ab eo. Minor et
consequentia distant. Maior suadetur: quia ablata aut non
intellecta oppositione illorum actuum cum lege prohibitiva prohibente
intelligitur in illis ratione sui intrinsece opponitur cum natura rationali
ut tali actualis formalis difformitas, et dissonantia libe-
era cum dictamine rectae rationis. Ergo ideo intelligitur in illis
ratio actus culpabilis et vituperabilis in genere moris,
cum teneatur agens rationale liberum conformari dictamini
rectae rationis proponenti actus ut dissentaneos et disconveni-
entes naturae rationali: quod erat probandum

2o Ostenditur hoc ratione. Independenter a
qualicumque lege et voluntate divina prohibente predicti
actus mendacii odii Dei etc. sunt ex se difformes
naturae rationali, et dictamini rectae rationis: ergo illorum malitia
moralis est independens a qualicumque lege, et voluntate
divina prohibente. Constat consequentia: quia nequit non dicere mali-
tia moralis id quod in genere moris malum dissonum
quae ex se est naturae rationali, et difforme dicitur, sive dic-
tamini rectae rationis, antecedens probatur: quia conformitas aut dif-
formitas sive convenientia aut disconvenientia intr-
inseca unius entis cum natura alterius est independens
a qualicumque lege et voluntate extrinseca: et sicut
nequit fieri per legem aut voluntatem extrinsecam Dei quod
in genere physico calor non sit difformis, et disconve-
niens naturae aquae, supposita natura aquae, ita per
legem aut voluntatem extrinsecam Dei nequit fieri, quod
in genere moris actus mendacii, odii Dei et proximi non
sint difformes, et disconvenientes naturae rationali, ut tali: ergo inde-
pendenter a lege quacumque, et voluntate Dei tales actus

sint

hent similis difformitatis, et consequenter malitiae moralis. Haec 5
ratio optime probaret metaphysicus possibilitates entium esse
independentes a lege et volunte Dei: et physicus
omne illud esse conveniens, et bonum secundum substantiam; malum autem
et disconveniens privationes formae: quod haec convenientia
aut disconvenientia physica, sicut et metaphysica
praeterquam non repugnantia ~~...~~ a nullo extrinseco
pendet.
Probatur secundo pariter duplici ex divino huius. 11
Primo. actus charitati erga Deum et proximum licet nulla
dari lex Divina positiva praecipiens, sicut quando non urget
praeceptum ellicitum, sunt moraliter boni: ergo actus odii
Dei et proximi licet nulla daretur lex Divina positiva prohi-
bens, essent moraliter mali. Antecedens dictare debet quod
sed: quod tales actus adhuc quando non urget praeceptum elliciti
sunt meritorii, et consequenter boni moraliter. Consequentia urget.
quod moralitas non minus contrahitur per bonitatem, quam
per malitiam, nec minus per amorem, quam per odium
Dei et proximi, supposita utriusque libertate. Ergo sicut
independenter a lege praecipiente datur in actu amoris
moralitas bonitatis, admitti potest moralitas malitiae
in actu odii independenter a lege Divina prohibente.
Secundo. Si per impossibile Deus mentiretur, peccaret procul
dubio, eius ipsius sanctitas nonquam per fectissime
realis maxime deficeret peccatum, quod dicit Arriaga
dicat, nos mali moralis a ratione peccati sine fronte
separamus; ideo nunc intelligeretur ratio peccati absque
oppositione cum lege Divina positiva prohibente, eius respectu
Dei, respectu cuius nullus superior est, nulla datur
lex opposita tali: ergo intelligi potest ratio peccati absque
oppositione cum lege Divina prohibente

12 3° ab absurdo: qd si peccatu formaliter peccatu
e, qd ā lege aliqua Dīnā positiva phibitu, in altā
providentia, in qua Deus nullas humanas actiones
lege aliqua positiva phibuisset, nec foret peccatu, nec
malu morale homini, Deu odire, mentiri, proximu
lædere, et oppositum agere etc, qd mani festam
imbolbit contradictionem: cu hæc nulla adhuc posita
lege phibente, n possent n ēē contraria rectæ roni, et n
rationi dissona. cui aliter pbatur: quā deficiente frali
constitutivo malitiæ moralis et peccati, nec peccatu, nec
malu morale daretur.

13 Redii cu Luricle et Caramuele
Deus nario illas actiones phibere, ex suppone qd pu
teret sint, sicut alias libere phibet: consequenter quee sem
per fore peccata qa semper phibitæ. Id ex roi ponsio
ne hac nrô maxime roborat sā: D. ego 1°. Deus
n necessitat ad phibendu ut malu morale id, qd ante
ipsius voluntas, et legem phibentes n supponitur malu
moraliter; at si illæ actiones n sint ex se et intrinsece
malæ moraliter, et fiant malæ ex volunt, et lege
Dīnā phibente, n supponunt malæ moraliter ante
ipsius volunts, et legem: ergo n necessitat ad actiones
illas phibendas. D. ego 2°. ideo Deus n nario phibet eas
actiones, quæ n sunt ex se malæ (ut esum carnis
die veneris, plures comestiones tempore quadragesimæ)
qa ante ipsius phibitiones n supponunt malæ moraliter.
At nullæ actiones ~~malæ~~ hums supponunt malæ mo-
raliter ante Dei phibitiones ex adversariis: ergo nullas
actiones hums Deus nario phibet.

14 D. 3° ideo Deus
nario aliquas actiones hums, aliquas libere phibet

q. ex parte actionis prohibendaris dari rõ aliqua
specialiŭ necessitans Deŭ ad prohibendŭ illas potiŭs
quam has; et hec nulla alia ẽẽ potest, quam malitia
moralis intrinseca, quæ datur in illis et ñ in his conter
ad Diuinã legem; ergo datur in illis malitia moralis conter
ad Diuinã legem. consequenter quæ per oppositiones ad Diuinã
legem ñ constituit malitia moralis illarum. maior probatur
minor etiã: qr ex parte actionis prohibendarum
nihil potest Deŭ necessitare ad illas prohibendas, nisi
malitia moralis, quam solus Deus absoluta neces-
sitate odio habet. D 4º. in illis actionibus, quæ
necessitant Deŭ ad illarum prohibitionẽ, illarum malitia
intrinseca ẽ motiuũ Diuinæ legis prohibentis; et motiuŭ
Diuinæ legis prohibentis intelligitur conter ad illã: ergo illarum
malitia intelligitur conter ad legem Diuinã prohibentẽ.
maior ex dictis constat: minor liquet: qr motiuŭ ẽ causa
intentionalis eius ad quod mouet. consequenter quoad illud pre-
intelligitur.

Medo Rendẽ ad oppositum num 7. ad 1ũ dicendũ 2 5
D. Paulũ minime loqui de lege aliqua siue Diuina siue
humana quæ sit proprie lex; sed de lege nali, siue dicta-
mine rectæ rõis, contra quod oẽ peccatũ ẽ; qd constat ex ipso
Paulo, qui absque lege Diuina positiua peccatũ in gen-
tibus agnouit, ajens 1º ad Romanos: cum enim gentes
quæ legem ñ hent, naliter ea quæ legis sunt, faciunt
ipsi sibi sunt lex. ad 2ũ et 3ũ, illas et similes Augusti ñi
et aliorum Patrum authoritates ñ ẽẽ accipiendas tã quã
rigorosas definitiones peccati per formalẽ, et metaphisicã
eius differentiã: etenim rõ peccati accidenter ẽ metaphẽ
loquendo oppositio cum lege Diuina: intelligendo ẽẽ
sicut de peccato, ut de facto exercet ab intrinseco

netitia legi et prohibitioni Divinae de facto requiritur nullum est peccatum quod non sit lege Divina prohibitum et dicat generalem malitiam offensae et inobedientiae Dei.

16 Ad 3um fateor, peccatum et malum morale consistere in oppositione ejus regulam morum, et non solas leges extrinsecas esse regulas morum, sed ipsum etiam dictamen rectae rationis: unde hoc tantum immanente, et relinquitur legibus ablatis, adhuc peccatum maneret cum maneret oppositio cum dictamine rationis, quae est proxima et potissima regula morum: ad 4um resp. mirum non esse: quod reatus solum est dignitas et ordinabilitas, sive imputabilitas ad poenam; non autem actualis ordinatio, et destinatio ad poenam: illa autem dignitas sequitur necessario ex se peccatum, etiamsi nulla detur actualis lex, aut prohibitio: sicut premiabilitas, sive dignitas ad premium per se sequitur opus bonum, licet nullum sit premium, nec lex lata de premio conferendo.

17 Salas in 1.2. disp. 2. sect. 4. Granados disp. 1. de peccatis disp. 73, et Lorca disp. 40 de peccatis communiter citantur pro sententia docente, peccatum formaliter consistere per oppositionem ad legem Dei non quidem prohibentis, ut sententia proxime impugnata docebat, sed more indicantis aut indicantis rem vel illam obiectum esse malam in genere morum et peccaminosam. Sed ut bene perpendit Ferdinandus de Oviedo de actibus humanis puncto 1o num. 18, authores isti alte inspecti non differunt ab illorum mente qui docent, peccatum formaliter consistere per oppositionem ad rectum dictamen: quatenus negatum, quod non sit hoc lex indicans, sive indicans, deinde esse dictamen rationis praescribens tale opus faciendum non esse, quatenus participat a dictamine

Divino quo Deus iu dicat tales actiones ee quo minus, et n ee faciendas: unde docent, qd casu quo nulla eet Dina lex phibens, aut iudicans, adhuc mendacium eet peccatum formaliter qd ad illud peccati sufficit, qd sit contra dictamen roñ. Et sic autem statuente constitutionem peccati cu illius oppone cum dictamine roñ, infra nobis ferendus iudicium. 7

Si autem intelligendu sit hoc sa de mero dictamine Divino, sive actu Divini intus iudicante, tanc aut illas actiones ee malas moraliter impugnanda e 1o. qa adhuc metaphice n intelecta aut per impossle n data tali oppone cum lege Divina iudicante intelligit esse peccati constituta, ut supra argumentabamur: nam si per impossle Deus n cognosceret mendacium ee malum et homo id cognosceret hic peccaret. 2o. qa hoc iudicium iudicantibus Divini intus supponit malitia formalis actioni, per quas e moraliter malus iudicat: qa n constituit illas formaliter: ergo oppositio haec n e de formali et essentiali constitutione peccati. 18

Obiicies quia haec sit intellecta. peccatum oe essentialiter opponitur legi nali, seu dictamini recte roñ, at talis lex nalis continetur in lege Dei iudicante, ut docet S. Thomas in hac questione 71 art. 6 ad 4m. ergo peccatum oe essentialiter opponitur legi Divinae iudicanti. Sicuta mari dixerunt: lex nalis continetur in lege Divina iudicante tamquam in exemplari suo, tamquam in constitutivo, non enim qua sicut lex nalis creata e participatio legis Divinae iudicantis et aeternae, tamquam exemplaris, non tamen per illam constituitur: unde si per impossibile daretur lex nalis creata, ideo e formaliter et metaphice a nobis increatus 19

sive in dictis divinis, cui opponi saltem metaphysice accid-
entale peccatum est: et licet dei impeccato et alii oppositio
cum lege aeternali sive iure creata, haec non distinguitur per se divina,
tamen illius participet ut exemplar, ut loquuntur Sancti Patres,
et interpretes ad illud Psalmi 4.i signatum est super nos
lumen vultus tui Domine.

Caput 3um

Alias Reffert et Refellit ...

20 Aliqui apud Albarez l. de Aux. disp. 128 inter quos ipse
et Dominus Vasquez immerito consentit, docuerunt, peccatum
formaliter distingui per oppositionem cum virtute contraria. Impugn-
antur 1°: quod unumquodque formaliter prius intelligitur illud distinctio
et talitas, illud quod est effectus primarius in ordine ad subiectum
quod afficit, quam eius oppositio cum forma contraria: ut patet in calore,
qui talis non est formaliter, et distinctive, quod opponitur frigiditati,
sed quod talis est, frigiditati opponitur: sed prius intelligitur
in peccato id per quod est formaliter et distinctive tale est suum
quod subiectum afficit, eique suum effectum formalem tribuit intrinsece,
quam intelligatur illius oppositio cum virtute, quae est forma
contraria. 2°: actio aut omissio libera, quae opponitur
consiliis evangelicis, opponitur virtuti, ad quam consilia perti-
nent; et tamen peccatum non est; aliter Evangelica consilia
sub peccato obligarent et non consilia, sed praecepta forent,
ergo peccatum non distinguitur per oppositionem ad virtutem. Dicuntur haec in
actione accipiendi uxorem contraria virtuti virginitatis, ad quam
consilium Domini apud Paulum 1.a ad Corinthios 7: ubi
addit: si autem acceperis uxorem non peccasti: et in omissione
dandi eleemosynam nec extreme, nec graviter indigenti.

21 Pater
Cardinalis de Lugo sub cuius praesidio Romae propugnata
sunt, eadem quae in lucem ad Cardinalem Sforcia

Palabicino publicę quę dę universa thea disputationes. author creditur oppinioni cuius data ee distinctione malitie gralii peccati, quę habet lib. 3° num. 48 asserit quę peccati malitiam graliter consistere in eo quod actio vel omissio respiciat bonum, quę offerat bonum, quod minus preponderat suo opposito: unde furtum malum, et inhonestum ēē ait, quod bonum quod offert nempe possesio rei aliene minoris ē ponderis, quod quod quivis habeat quod suum ē; eleemosinam autem ēē honestam quod bonum quod affert scilicet pauperis sublebatio preponderat suo opposito, scilicet retentioni proprię pecunię. Sed huius q. Patroni quos late impugnant quod du°, Arriaga et Sparza hic, consilabunt in dimensionem, et notitiam oppinionem, quę docet malitiam peccati graliter consistere in disconvenientia aut disconvenientia ad naturam rationalem: nam negatur, quare mendacium preponderet carentia mendacij, Rem, quod mendacij malum ē non rati, illi quę dixit bonitatem. preterea: celibatum et statum religiosum preponderant matrimonio, abstinentia a carnibus carnium comestioni, clausura religiosa peregrinationi aut rusticationi; et tamen hę actiones minus ponderantes quęquę opposite, peccata non sunt: quod adde, hinc sequi ēē bonum et licitum mendacium eo casu, quo futurum eet occasio, ut oēs homines a peccatis abstinerent, bonum quę ad Deum converteret orbem quod falsum ē, quod id quod intrinsece malum ē utilitate nulla potest honestari: probat autem sequela: quod tunc mendacium respiceret bonum, et bonum maioris ponderis, cuius, nempe totius orbis conversionis, quęque malum quod affert mendacium leve. multo

hic

hic adnumerare et reicere. Sg. dic. Dus Sparza
Bocconti tomo 1o sup Theol lib. 3 quest 22 art. 8o, illa
solum esse moraliter mala quorum amor avertit homines
a Deo summo bono, et ab imitatione alicuius attributi
Divini: quare praeter quod superbia ~~tollit~~ infidelitas
et inobedientia non avertunt homines ab imitatione
alicuius attributi Divini, cum in Deo non dentur humilitas
fides et obedientia, aliud hoc non existente mentalis
et hominis dicens contra bonos mores, sic non essent illicita
mala moralia et peccata.

23 Accedo ad sententiam hac tempestate celebriorem et communiorem, quae docet, malitiam peccati formaliter consistere in illius oppositione et disconvenientia ad naturam rationalem ut talem: quare citant Nobilissimi Theologi, ut serio expendi non satis accurate: ex iis quos praelegimus, solum possunt legitime pro hac sententia afferri, Bernardus Baiquez in sec. 1ae pluribus in locis et praesertim disputationibus 58. 91 et 92: et Dus Dicastillo tractatu 4o de bonitate et malitia humanorum actuum disputatione 4a puncto 2o numero 42. Non desunt Tannerus et Theophilus Rainaudus, tum pro hac sententia referuntur alii quidem reiciuntur, et non nisi per interpretationem ad istam sententiam reduci possunt. Fateor quidem se peccatum esse oppositum divinum, et disconveniens naturae rationali cum sit malum morale illius illi quae adversetur ut supra diximus; caeterum oppositionem et disconvenientiam hanc non esse primariam rationem malitiae moralis
contendere quae nec constitutivam formalitatem peccati in esse
tali mihi ex metaphysicis huius quaerens constitutione proprie
maxime suadet.

24 Arguo 1o: Primaria formalitas malitiae in peccato est primaria formalitas constitutiva peccati:

oppositio ad legem realem, et talis non est primaria formalitas
malitiae in peccato: Ergo oppositio ad legem realem non est prim-
aria formalitas distinctiva peccati. Maior ex terminis videtur
nota: quia primaria formalitas malitiae est quae reddit for-
maliter et metaphysice peccatum in esse tali. Minor
probatur: ante oppositionem ad legem realem intelligitur dicta for-
malitas malitiae in peccato: Ergo oppositio ad legem realem non
est primaria formalitas malitiae in peccato. Probatur antecedens:
ante oppositionem ad legem realem intelligitur in peccato oppositio
suae difformitatis culpabilis et vituperabilis a com-
dictamine rectae rationis, sive divinae; sed haec oppositio suae
difformitatis culpabilis et vituperabilis est formalitas ma-
litiae in peccato: Ergo. Minor etiam apud adversarios
constat. Probatur maior: ante oppositionem cum natura reali intelli-
gitur in peccato fundamentum formalis disconvenientiae ad legem
realem; sed fundamentum formalis disconvenientiae ad legem realem
est oppositio et difformitas culpabilis et vituperabilis
cum dictamine rectae rationis: Ergo haec intelligitur in peccato
ante oppositionem cum natura reali. Maior mihi constat, quia fundamenta
formalis oppositionis, et disconvenientiae ad aliquid extrinsecum
prius intelliguntur, et praesupponuntur ad talem oppositionem
et disconvenientiam formalem, quae dicitur terminus fundamenti exte-
rioris disconvenientiae sicut in quibuslibet relationibus
praedicamentalibus contingit. Minor ex regula adversarii
P. Ceronij, ubi numero 48 admittitur plane: quia si actio
peccaminosa non inveniret oppositionem actualem cum dicta-
mine rationis, non diceret formalem dissonantiam cum natura reali,
distantem fundamentalem seu aptitudinalem; quae non est formalis
dissonantia, distantem malum ut accideret in odio Dei
absque advertentia et libertate et nullo dictamine
rationis contradicente ellicitum. Concludo ergo: prior est in peccato

opposito ex dictamine rationis quae est quid realiter prim
aria formaliter constitutiva peccati est oppositio ex dicta
mine rationis: ergo primaria malitia peccati in hac senten
tia non consistit in oppositione ad regulam realem, ex qua est oppositio ad dicta
men, dicitur quod opponatur formaliter peccatum ex natura rei, et non
a ratione.

25 Confirmatur. Tunc haec actio formaliter mala et dissona regulae
reali dicitur ex parte sua oppositio actualis ad rationis dictam
en quod non sit, et dicitur ex parte sua malitiae moralis,
quod est nona dicto Domini Durando citato num. 48. consequentia leg
itima ex dictis paragraphi contra. modo sic: quod non constituit
illius malitia moralis per dissonantiam ad regulam realem,
probo: actio quae ex parte sua dicit malitiam moralem, non
constituitur in esse male moraliter per aliquid aliud distinctum
sive formaliter sive realiter ab ipsa; sed actio quae ex
parte sua dicit oppositionem actualem ad rationis dictamen dicitur
ex parte sua malitiam moralem: ergo non constituitur in esse male
moraliter per aliquid aliud distinctum sive formaliter, sive
realiter ab ipso. consequentia directa. nunc sic. sed dissonantia
ad regulam realem est aliquid aliud realiter distinctum ab ipsa
actione dicente ex parte sua oppositionem actualem ad rationis
dictamen, ex dissonantia enim praeter ipsam actionem dicit
etiam aliter ipsam regulam realem, cui actio dissonat. unde actio
distinguitur a dissonantia tamquam includens ab includente.
ergo etc.

26 Confirmatur 2°: peccatum formaliter dictum conveniens non est, nec for-
maliter malum, et oppositum regulae reali, nisi per oppositionem ad dicta-
men rationis, sive quatenus subiacet dictamini rationis contra dic-
enti, ergo nec formaliter peccatum, nisi per oppositionem ad dicta
men rationis contra dicenti: ergo non per oppositionem ad regulam realem ut talem.
3°. oppositio ad rationis dictamen afficiens actionem est ratio

fundandi fralis disconvenientias actionis ad regulas rationales, et oppositio ad regulas dictamen efficiens actionis e malitia moralis actionis: ergo malitia moralis actionis e ratio fundandi fralis disconvenientias actionis ad regulas rationales. maior exprimitur ab Oviedo eodem numero. minor constat ex dictis numero 24. modo sic: et ratio fundandi fralis disconvenientias actionis ad regulas rationales non constituitur per fralis disconvenientias ad naturam rationalem, et ad illam ex parte fundamenti supponitur: ergo malitia moralis non constituitur per fralis disconvenientias ad regulas rationales, et ad illam supponitur. 27

Arguo 2°. malitia moralis peccati fraliter talis e extremum relationis dissonantiae ad regulas rationalem et natura rationalis e terminus talis relationis dissonantiae; et extremum relationis dissonantiae ad regulas rationales non constituitur per fralis dissonantias: ergo malitia moralis peccati fraliter talis non constituitur per dissonantias ad regulas rationales. consequentia liquet. minor etiam: quia unum extremum relationis dissonantiae non constituitur per aliud extremum, et dissonantia constituitur per utrumque extremum: ergo unum extremum non constituitur per dissonantias. probanda ergo e maior. actio illa quae dissona e regulae rationali, e quae extremum dissonantiae aliquid in se habet fraliter, ratione cuius sit dissona regulae rationali, quod non habet actio quae e tantum materialiter mala, et dissona, ut hodie Dei ab ignorantiae libertate allicitus; et haec nihil aliud esse potest quam malitia moralis fraliter talis: cum non sit tendentia ad obiectum, quia eadem tendentias habet ad suum obiectum actio, sive libera sive naturalia: ergo e malitia moralis fraliter talis. ergo haec supponitur ex parte extremi dissonantis, sive e extremum dissonantiae, cum malitia moralis fraliter talis et disconnectionis quae mala e, et deformitatis per quas tamquam per formas mala fraliter e.

28 Dices ex Ocl. illud extremum dissonantiae dicere oppositum cum dictamine rectae rationis, rationi cuius est divinum naturae rationali. vere quidem: et ex ratione illa infero: quod illud extremum dissonantiae dicit malitiam moralem formaliter talem. et non est; quod talis oppositio cum dictamine rationis est quidam etiam dissormitas liberae actioni culpabili et vituperabili in genere morum. ergo quid, etiam, sive primaria malitia moralis.

29 Arguo 3º a paritate: etiam si actus falsus sive falsitas actus sit mala et disconveniens in genere intentionali nostro intellectui, cuius obiectum est verum et cuius perfectio est veritas formalis, adhuc actus falsus in esse falsi, sive falsitas formalis actus non constituitur per disconvenientiam ad naturam intellectus, et per difformitatem ad obiectum ut est in se: ergo etiam si peccatum, sive peccati malitia sit moraliter mala et disconveniens in genere moris nostro rationali ut tali, adhuc peccatum in esse peccati, quoad suam quae malitia formalis non constituitur per disconvenientiam, aut oppositionem ad naturam rationalem ut talem. et per difformitatem cum dictamine rectae rationis aliter intrinsecum. Confirmatur quia potest hic dici ex eo quod licet calor in genere physico sit malus et disconveniens aquae, et frigiditas igni; nec frigiditas per oppositionem cum igne, nec calor per disconvenientiam ad naturam aquae metaphysice constituitur: ergo haec oppositio, et disconvenientia videtur spectare ad secundaria praeter secundarios quae effectus harum qualitatum. quae pro hac sententia militant argumenta infra discutiemus.

Caput 4um

Notitia sententiae exponitur et probatur.

30 Notitia igitur dicimus colligere quod unum est, scilicet Deo.

malitia formalis, sed intrinseca peccati est formalis difformitas actionis vel omissionis cum dictamine practico diri- gentis actionem vel omissionem, et dicentis. Pro hac sententia expresse stat eximius Doctor Suarez disp. 7 de bonitate et ma- litia humanorum actuum sect. 1ª. P. Tannerus disp. 4ª de peccatis quaest. 2ª dubio 4º, Pater Fr. Felix Stainaddus de speciem tum et litterarum magis cultor in sua Theologia morali disp. 4ª quaest. 3 art. 1º num. 729 ubi docet, malitiam moralem intrinsecam, cui opponitur peccatum, esse in dictis prac- ticis, quae; Quamobrem vero rationalis: in hanc tandem sententiam veniunt Pater Salas et Granadus, ut vidimus num. 27, et omnes sed ii Doctores, qui cum Sto. Augustino et Sto. Thoma hic docent, peccatum esse formaliter dicere oppositionem ad legem Divinam ut contentam in rationis dictamine, quae est lex Divina participata; quorum catalogum dabit Pater Ovº videndus loco citato num.º 53.

Accedunt pro hac quae explicatis illustria Augustini, Chrisostomi et Thomae testim- onia. Augustinus qui proprie exponens verba illa Psalmi 118 prevaricantes putavi omnes peccatores terrae quos vid- erat adversari illi. Pauli ad Romanos 2º qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, inquit, praelat Paulus de lege scripta; David autem de lege naturali sive dictamine rationis; ait, quippe, quae est ista lex, nisi illa de qua Apostolus dixit ipsi sibi sunt lex, nullus omni est, qui faciat alteri injuriam, nisi qui fieri sibi nollet, et in hoc transgreditur legem, quam non sinitur ignorari. ubi nomine legis non intelligit dictamen rationis praescribens ea, quae vitanda sunt. Divus Chrisostomus ad illa Psalmi 147 sic fatur; quod sibi vellet hoc significare audi, scriptis legem nulli alii nisi naturae

iudaice vedit, nec autem illi habebant res persona[tas] quod sit bonum, quod secus. eius hominem eius Deus fing[er]eret simulatque hoc illi incideret in correctionem divinam nempe unius cuiusque suae conscientiae calculum. secus enim vero universa humana non habuit sufficientes leges desine quod pereunt quidem ita scelerate se gesserunt.

D. Thomas

32 hic quaest. 71 art. 6 ad 4um ait: si loquamur de iure naturali, de peccato est malum quod prohibitum: ex hoc enim ipso quod est inordinatum iuri naturali repugnat. ibidem idem Praeceptor angelicus eadem quaest. art. 2 haec habet: bonum hominis est secundum rationem esse, malum autem praeter rationem esse. audiendus etiam si placet inter Seneca epistola 97 ubi inquit: hoc ipsum argumentum Epicuri est non nos a peccato abhorrere: multos fortuna poena liberat, metu neminem: quare? quia in hanc nobis per rationem eius rei aversatio est quam natura damnavit.

33 Ut ergo solide et perspicue stabiliamus dictamen huius errorum illius, imminuamus et ipsius divinationis immanentem malitiam formalem peccati, praemonendum est, duplicem distingui communiter malitiam, aliam materialem, obiectivam et fundamentalem, aliam formalem: illa sic dicitur quae est materia sive fundamentum, supra quod cadit formalis malitia; haec autem formalis dicitur, quae dicit formam per quam actio vel omissio culpabilis et vitiosa dicitur est in genere moris. malitiam materialem et fundamentalem habent obiecta duplici ex capite: vel quod obiecta in se habent fundamentalem dissonantiam cum recta ratione abhorrente ab illis, qualia reperiuntur in peccatis intrinsece malis independenter a lege positiva prohibente vel quod prohibita sunt per leges extrinsece prohibentem

sicut malitia obiectiva malis indicat dictamen rationis sive conscientiae, cuius practice proponit per suum iudicium moraliter verum et certum, opus faciendum esse, aut non faciendum: quo interveniente iudicio advertente et opponente malitiam formalem actioni, aut omissioni, tunc primum actio aut omissio illa mali malitia transit in formalem: unde malitia obiectiva antecedit dictamen rectae rationis; malitia autem formalis dictamen rationis comitatur, sequitur, et consistit. 34

Probo igitur positum

Ergo. hoc praecise quod intelligatur difformitas libera actionis vel omissionis cum dictamine practico conscientiae actionem vel omissionem prohibenti, intelligitur formaliter reddere actionem vel omissionem culpabilem, et vituperabilem in genere moris; sed eo ipso quod intelligatur formaliter reddere actionem vel omissionem culpabilem et vituperabilem in genere moris, intelligitur malitia moralis formaliter talis: ergo difformitas libera actionis vel omissionis cum dictamine practico conscientiae actionem vel omissionem prohibenti est malitia moralis formaliter talis: ergo in illa difformitate consistit malitia formalis constitutiva peccati. Minor et ~~consequentia~~ consequentia constant: maior ex dictis constat, et ex terminis nota videtur: quia eo praecise quod intelligatur praedicta difformitas actionis vel omissionis, intelligitur irrectitudo moralis, et deviatio libera a regula proxima morum, quae est conscientia, cuius dictamini conformari tenetur agens rationale: quae deviatio nequit non reddere actionem vituperabilem in genere moris.

35 Dicitur 2o: praecise intellecta oppositione actionis vel omissionis liberae cum dictamine practico conscientiae, et nullo alio termino dissonantiae intellecto, intelligitur actio vel omissio moraliter mala: ergo praecise per dissonantiam hanc, vel oppositionem ad dictamen rationis, constituitur malitia formalis peccati. antecedens probatur quia praecise intellecta illa oppositione, et nullo alio termino dissonantiae intellecto, intelligitur imputabilitas ad culpam et dignitas ad poenam. Dicitur 3o: praecise superveniente hac difformitate libera ad actionem moraliter et fundamentaliter malam supervenit illi malitia formalis moralis: ergo in illa difformitate libera praecise consistit. antecedens probatur: quia supervenit illi denominatio libera contraria regulae proximae morum cui actio humana conformari debet. Dicitur 3o: primaria dissonantia in peccato est primaria malitia illius constitutiva, sed difformitas cum conscientia est primaria dissonantia in peccato: ergo et primaria malitia constitutiva illius. probatur minor efficaciter: quia illa actio peccaminosa est formaliter contra regulam, aut contra legem, quia difformitas hic et nunc conscientiae proponenti actionem esse dissonam rationi, aut legi: taliter quod si conscientia id proponenti non difformaretur, non esset actio formaliter, sed solum materialiter rationi aut legi dissona. ergo difformitas cum conscientia est primaria dissonantia, ad quam omnes aliae dissonantiae reducuntur. et consequenter primum constitutivum peccati.

36 Ubi quaeres quidnam sit hoc dictamen practicum conscientiae, cui difformari omne peccatum ostendimus? res est non modicae difficultatis in materia de conscientia: a vero ex prius generalibus i bi iactis, est iudicium quoddam moraliter certum, et verum

operationis

operationis, aut omissionis interdicentis, quo nata triplicater potest homines se habere in formando iudicio de actionis, aut omissionis malitia: Vel solo atque habendo malitiae per iudicium vise verum: 2° errate iudicando malum esse agere aut omittere rem, quae agit; ceteris errando vinco iudicio sive vincibiliter, et culpabiliter, sive invincibiliter, et citra culpam: 3° dubitando de malitia. 37

1° modo certum est, actionem illi iudicio difformem opponi iudicio moraliter vero et certo, et peccatum esse, quod difformat illi iudicio. 2° modo, si actio opponat iudicio invincibiliter, et citra culpam erranti, quod errorem illum vincere et deperdere homo non potuit, aut non debuit, peccaminosa fraliter est actio, et opponit iudicio practice et moraliter vero, et certo: quia eius falsitate speculativa illius iudicii diiunget veritas moralis et practica, quandoque verissimum est illud esse homini faciendum quod iudicio inculpabiliter errante iudicat faciendum. si vero opponat actio iudicio culpabiliter erranti, quod abiicere homo tenet, erit quidem peccatum fraliter: his autem tribus dissonantiae, sive difformitati non erit illud iudicium culpabiliter errans, cum nequeat esse regula morum, nec moraliter et practice verum et certum: erit ergo tunc tribus dissonantiae iudicium aliud practice verissimum quod dictat non obtemperandum esse iudicio proxime malitiam monstranti, et culpabiliter erranti. 3° modo sub dubio, an actio habeat malitiam, nec ne, qui ponit actionem peccat: sive dubium sit negativum, ex carentia assensus propter defectum rationum motivarum; sive positivum ex defectu assensus

aliter pugna viij membrorum ex utraque parte occurrentium. In quo casu dicij difformitati in peccato non est casu suspensio sive perplexitas in dicij, sed iudicium aliud quod practice et moraliter certissimum dictat, non esse operandum sub eo dubio, et perplexitate quoad usque prudenter deponat.

38 Ad calcem capituli facile erit, logicam peccati definitionem in hunc modum proponere: peccatum est actus libertatis dictamini practico conscientiae difformis, quae univoce convenit peccato omni, et soli, sive sit commissionis aut omissionis, sive mortale aut veniale, sive philosophicum sive theologicum sive actuale sive habituale; sive personale aut originale, quippe aliter [illegible] [illegible] peccati competit.

Caput 5m

Firmatur amplius argumentorum solutione sententia nostra.

39 Arguitur primo contra nostram: peccatum est malum respectivum seu malum alteri; sed non est malum dictamini practico conscientiae, sed naturae rationali: ergo illius malitia non consistit in difformitate cum dictamine conscientiae, sed cum natura rationali: sicut accidit in omnibus malis respectivis. Calor enim est malum aquae quia illius est oppositum, et disconveniens est. Confirmatur 1o. peccatum est indecorum et inhonestum; sed haec indecentia et inhonestas non est in cognitione; sed in natura cognitione praedita, cum non dicamus, peccatum esse indecorum et inhonestum cognitioni, sed naturae cognitione praeditae: sicut non dicimus peccatum esse contrarium cognitioni, sed naturae rationali: ergo. Confirmatur 2o. Aqua si aqua cognosceret, scire calorem esse malum sibi, non per hanc cognitionem calor malum aquae diminueretur, sed per ordinem

ad

ad iobry, qd ille rei pi citr peccaty maly erit nō, 14
qd illi diicombeniens ē; si, aūt qd inhy dii combeniantig cognoscat.

Rēō dii qceendo mārr: peccaty 40
defi'nity in ē ē talī ē maly rei pecti'by et maly alteri, Jcedo āny: peccaty difinit in ē ē talī per ē ē maly rei pecti'by et maly alteri, nō mārr: illoy nemmy bony ē creature nāli, et calor maly agre; bonitas aūt rei pectibalis, et malitia rei pectiba caloris ri difinnunt Deum, neque calor fraliter mītteo ē ē; Jd upponunt sey ēē similis, qd, qd tale est, bony, aut maly alteri ē: ita peccaty, qd fraliter peccaty ē, sive qd difforme dictamini recte roīs, maly ē nō nāli per maliti rei pecti'by subsequuty ad maliti morals, qui pr̄cise ē difformitas ey regula mory.

Ad 1ām frationē Jcedo mārr et mīrr, et cōq nō. 41
imago etiā male expressa, et opera aliad regulas arti elaborata indigna, indecentia, et aliena a bono pictore, et artifice diruunt; imago aūt mala fraliter ē qd exemplari difformis, et regulis arti dissona: idq in moralib⁹ dicis de peccato, qd indecens, inhonesty nō nāli, et alieny ab illo ē; fraliter ē et moraliter maly, qd regule mory, cui oformari debebat homo, evadit difforme. ad 2ām frationem Jcedo ānz, et cōq its: ri docemy, peccaty ēē diiconveniens nō nāli, qd inhy utrique diicombenientig cognoscat; ēd qd operari libere, contra dictamen dscip̄ ponentis dii combenientig obtig actioni, aut omissioni, ē dii combeniens nō, qui petit, actny liberos suis dictaminib⁹ dei si difformari.

42 Atqui est operari contra dictamen rationis vel conscientiae, ideo est moraliter malum, quia hic modus operandi est contra regulas morales; atqui nunc morali est contra ipsum dictamen: ergo contra oppositionem cum dictamine rationis datur in peccato oppositio cum regula morali, quae oppositio est malitia sufficiens ad constituendum peccatum. Maior probatur: quia si per impossibile contingeret non morali operari contra rationis et conscientiae dictamen talis modus operandi non esset moraliter malus. Respondeo primaria et realis inutilitas, et indelectabilitas obiecti non desumitur in relatione illius ad dictamen rationis: ergo quae realis, et primaria inhonestas, sive malitia moralis. Propterea quod sicut non dicimus, talis res est indelectabilis, aut inutilis dictamini rationis. Ita non dicimus talem rem esse inhonestam dictamini rationis; atqui regulae morali.

+3. Respondeo distinguendo maiorem: quia hic modus operandi est contra regulas morales ex se, nego maiorem; quia est contra dictamen regulae moralis, sive conscientiae, concedo maiorem. Dari aliquem ignorare operari contra dictamen conscientiae esse modum operandi contra regulas morales: hic quidem taliter operans non peccaret, quia in tali modo operandi non cognosceret formaliter malitiam: ut enim peccet, requiritur quod cognoscat esse malum, et contra naturam regulae operari contra dictamen rationis: et hoc ipso peccatum esset formaliter, quia difformaretur conscientiae, sive dictamini proponenti esse malum et contra regulas operari contra dictamen rationis. Hoc patet in eo, qui ignoraret esse malum violare legem Dei: quoniam non peccaret formaliter, ponendo actionem aut omissionem oppositam legi Dei, quia non cognosceret in tali actione aut ~~aut~~ omissione malitiam. Hinc distinguo minorem: atqui nunc morali est ipse

ante ipsy dictamen, omitto min; e ante ipsy dictamen in roē regulanti honestas aut inhonestas actuum humanorum, dr̄amin; et neg: q̄ ante illud dictamen, n̄ dat regula proxima mensurandi bonitatem, aut malitiā moralē actuum humanorum. ut pt in eo qui iudicaret obiectum, qd libere amplectitur, ēē dissonum n̄ rōali, cum revera n̄ ēēt; et in eo qui iudicaret n̄ ēē dissonum n̄ rōali obiectum qd amplectitur, cum revera ēēt: q̄ primus peccaret, 2us n̄ itē. 15 N 44

Ad 3m r̄ndō omitto ant. et n̄ō neg: q̄ inutilitas et indelectabilitas sunt malitiae physicae; inhonestas autem malitia moralis et imputabilis: unde n̄ desumitur ex n̄a obiecti rei pertinentis ad subiectum independenter a forma morali, ut in malitiis physicis, quae independentes sunt a f[or]ma morali. quae independenter a cognitione et dictamine rōis inutiles, aut indelectabiles sunt n̄a sua rei pertinentis ad n̄ṝ subiectum: et licet n̄ dicamus, talis res ēē inhonesta dictamini rōis; dm talis res facta dissonante dictamine rōis ēē inhonestam recte dicimus. 45

ti: ergo qui libere pure omittit actus praecepti, peccat
formaliter.

Lo Probatur 2o. contraria generali ratione. pure omittere
peccaminose, est non ponere actum debitum sub libertate suf-
ficienti, et conscientia obligante ad ponendum absque
ullo actu positivo voluntatis; sed potest quis non ponere
actum debitum sub libertate sufficienti et conscientia obligante
ad illum ponendum absque ullo actu positivo voluntatis, in
quo nulla ostendetur repugnantia ut ex solut. argumentorum
praesenti constabit. ergo potest quis pure omittere peccami-
nose. explicatur hoc, et probatur 2o. ex dictis a nobis lib.
de anima disp. 4 quaest. 2a supponendo quis sit positus
in instanti A cum sufficienti, et indifferenti potentia obiecto
scilicet Dei, et advertentia obligationis praecepti amoris
Dei uno ente pro instanti B, manereque ferreus omnino
expeditus ad elliciendum libere actum amoris Dei in
instanti B. nunc sic argumentor. quis in eo instanti A
sub advertentia praecepti obligantis pro instanti B
potest suam libertatem exercere amando Deum in instanti
B. ergo et exercere potest libertatem suam non amando Deum

in instanti B: non illa exercere per puram omissionem amoris in instanti B.

11 Ab hujus discursus ans. est evidens: 1a cons. certissima: q. eatenus prius exercet sua libertate amando Deum in instanti B q. amat in eo instanti in quo poterat non amare; et non amando Deum in instanti B non amat in eo instanti, in quo poterat amare: ergo pure sua libertate exercet non amando Deum in instanti B. 2a aut cons. facile deducit: q. pure est omittere amorem, quem poterat elicere in instanti B est non amare in instanti, in quo poterat amare; et non amare in instanti, in quo poterat amare, est libere non amare: ergo pure omittere est libere non amare: ergo et per puram omissionem amoris potest libere non amare. modo sic: et prius libere non amando in instanti B sub advertentia obligationis praecepti amoris Dei urgentis pro instanti B peccat theologice: ergo pure omittendo libere amorem in instanti B peccat theologice. probo cons. eatenus peccat theologice prius hic et nunc libere non amando, quatenus sub advertentia obligationis praecepti urgentis pro instanti B non ponit libere in instanti B amorem praeceptum; et prius pure omittendo libere amorem in instanti B non ponit in instanti B amorem praeceptum sub advertentia obligationis praecepti urgentis pro instanti B: ergo prius pure omittendo libere amorem praeceptum in instanti B peccat theologice.

12 Ipsa autem non in eo instanti B in quo prius sub advertentia praecepti urgentis praedicta nullum actum positivum ponit, ita non ponit actum praeceptum

sub cogne Divi obligationis, et potuerit illum ponere.
11 Atqui non ponit actum precepti sub cognitione Divi obligationis cum poniturit illum ponere, theologice peccat:
in eo instanti, in quo prius sub predicta advertentia
nullum actum positivum ponit, theologice peccat. At prius
in eo instanti pure omittit actum precepti: ergo pure
omittendo peccat theologice.
13 Aliter etiam probari potest 2a
pars. prius in eo instanti obligationi Divi urgenti, et co-
gnite ad elliciendum actum amoris, non solum est liber ad non
elliciendum amorem, sed etiam est liber ad habendum hunc
actum velle omittere actum amoris, et ad habendum hunc
velle ellicere actum amoris: ergo potest libere neutrum
ellicere. ergo potest libere suspendere omnem actum posi-
tivum tam ellicientiae amoris, et quam omissionis amoris:
ergo pure, et libere omittere amorem precepti sub divina
obligante ad illum ponendum. At ita omittere
pure et libere, est peccare per omissionem puram
sive per suspensionem omnis actus positivi liberi: ergo
etc. tandem pone eundem prius sub dicta predicta et
quod Deus illi subtrahat concursum ad alium actum po-
sitivum, preterquam ad amorem Dei precepti: tunc non amans
libere libertate contradictionis amabit, ut negabit
nemo: ergo tunc potest non amare libere: At tunc non
amare libere, est pure et libere omittere actum
amoris precepti, cum nullum alium actum positivum ellicere
nequeat ellicere posuit: ergo tunc pure, et libere omittet,
At tunc peccabit, cum libere non ponat sub divina obli-
gante actum amoris precepti: ergo per puram omissionem peccabit.
Atque haec ex argumentorum solutione clariora fient, ad quae
nunc pergo.

Solvuntur quae diluunt ~~Dicta~~ obiecta.

Obijciunt 1o. id quod est indepgendens a volunt. nequit esse peccatum; pura omissio actus positivi praecepti est independens a volunt. ergo nequit esse peccatum. probat minor: quia etiam non data, aut destructa volunt., et libertate illius daretur talis omissio actus praecepti: ergo ab illa independens est. Nego minor, et illius probationem distinguo: daretur talis omissio actus praecepti, quatenus est carentia sive negatio actus praecepti utcumque, concedo: quatenus est carentia libera actus praecepti, nego: omissio equidem non dependet a volunt., quatenus est carentia actus: unde etiam destructa volunt. daretur; dependet quatenus est carentia libera: unde libertate voluntatis, qua sublata interibit carentia libera, destructa, non daretur carentia libera, et consequenter nec peccaminosa omissio.

Obijciunt 2o: peccatum non datur in volunt. in actu 1o libera, et in volunt. in actu 1o libera datur pura omissio actus praecepti: ergo pura omissio actus praecepti non est peccatum. maior constat, probatur minor: in volunt. in actu 1o libera datur libertas, et cognitio sive scientia obligans, et non datur actus praecepti; et hoc est quod requiritur, ut detur pura omissio actus praecepti: ergo in volunt. in actu 1o libera datur pura omissio actus praecepti. Confirmatur 1o. peccatum per nos est actus secundus libertatis; et pura omissio non est actus 2us libertatis: ergo nec peccatum. Minor probatur: quia pura omissio non est actus: ergo non est actus 2us. Confirmatur 2o. peccatum est quid voluntarium, et pura omissio nequit esse voluntaria: ergo nec peccatum: minor probatur: quia voluntarium procedit, sive ponitur a volunt.; et pura omissio non procedit, nec ponitur a volunt.

LS vide: Arriaga disp. 18 de act. N. actus 14 est prior actu 1o et non est prior: est posterior pura omissio libera: ergo probo minor pura omissio est idem cum actu 1o: ergo non est prior actu 1o: nihil enim addit praeter id quod habet voluntas in actu 1o: ergo idem.

16 ut non sit quod posit ibi etc. Respondeo dendo maior et neg. min. ad probat. Si directio maior quoad priorem partem in voluntate in actu primo datur libertas exercitii nego maior, non exercitii concedo maior. 2o ergo dist. maior directio quoad 2am partem: et non dat actum preceptum precumbe, id est non intelligitur positio actus precepti concedo: et non dat actum preceptum positibe, hoc est intelligi esse positum a voluntate aliquid impossibile cum actu precepto, nego. etenim actus primus presumdit ab omni libertatis exercitio unde neque positibe dat actum preceptum neque omissio actus precepti. aliter actus 1o libertatis diceret aliquid incompatibile cum actu 1o libertatis: non est diu actus neque omissionis actus; sed precise potestas indifferentis ad actum et non actum. ad confirmationem neg. minor. cuius probationis directio: pura omissio non est actus positibe concedo non est actus, sive exercitium actuale potentie libere ad actum, et non actum, nego. ad 2m nego minor. ad probationis directio min. similiter. pura omissio non procedit, id est non fit a voluntate concedo: non procedit id est non est a voluntate, nego. eo modo quo est omissio a voluntate liberum voluntatis, est a voluntate et ab illa procedit dicitur que voluntaria indirecte, quatenus volle actum, qui cum posset actum ellicere illum non ellicit. Obijiunt 3o. sequitur aliquis de non peccante reddi peccans formaliter sine ulla mutatione voluntatis; sed per puram omissionem nulla datur mutatio voluntatis. ergo per illam sequitur aliquis formaliter peccare. probatur maior: quia nequit advenire de nuovo aliqua intrinseca denominatio absque mutatione subiecti. confirmatur 1o. pura omissio est

negatio actus, et negatio actus non est exercitium pot. vitalis liberae; ... peccatum est exercitium pot. vitalis liberae: ergo pura omissio nequit esse peccatum. Confirmatur: voluntas mere passive se habens non peccat, ut dictat experientia; at voluntas pure omittens actum praecepti mere passive se habet, cum nihil agat: ergo non peccat. Confirmatur 2°: nequit dari pura omissio libera meritoria praemii supernaturalis: ergo neque pura omissio libera demeritoria sive peccaminosa. 18.

Concedo maiorem de mutatione physica, et extendi instrumentum; licet vera sit de mutatione morali: quia in genere moris aliter intrinsece se habet voluntas peccante et non peccante, reddit aliter peccans. Et responsio: quia si invigilanti ante et ad instans in quo obligat praeceptum amandi Deum, licet ... positiva et libera nolitione amoris Dei elliciendi, plane non peccat; quod si illud eodem nolitionis liberae et positivae libere ... ad instans in quo praeceptum amoris obligat, plane peccabit, et reddet peccans de non peccante ... mutatione physica: ergo haec etiam in ... non requirit ... actualem peccatum, denominatio autem quae de novo advenit non est intrinseca physica sed intrinseca moralis, sive in genere moris. Ad 1am confirmationem dist. maiorem: pura omissio seu negatio libera actus concedo maiorem: est ... praecise negatio actus nego. Hinc nego minorem, quia negatio libera actus est terminus pot. vitalis liberae, illaque ut causa requirit: et quippe eius exercitium non est libere, licet non sit illius exercitium in esse vitali, ergo per quam omissio ... non vivat ... ad dictamen ... quod ...

vitalis libera, et libera ad vivendum in actu 1° per vitam actualem, et ad vivendum in actu 2° per vitam actualem.

19 ... Ita ...
quod tamen ... voluntas ... ad ... etiam dicat volentem ... se habere, non sufficit quod nihil agat, sed etiam requiritur, ut recipiat ... Sensus Tridentini: Voluntas ... pure omittens nihil agat, ... ab alia ... recipit physice. ... quod plures ... citata ... probabilissime reputant ... est ... ad meritum requiritur quod sit ... entitatibus supernale, et a supernali ... quod efficere ... omissioni liberae ... ad peccatum non ... Unde docet optime ... D. Thomas ... quaest. 71 art. 5 dicens ... ad ... requiritur ad bonum quam ad malum: ideoque meritum non potest esse sine actu, sed peccatum potest esse sine actu.

20 ... Obicient
pura omissio ... ex ... motibus; sed ... voluntatis exercitium debet ... ex aliquo motibus: ... pura omissio ... requirit esse exercitium voluntatis ... peccatum ... voluntas ... realis ... potest, et debet exercitium ... motibus aliquo debet ... omissio. Maior vero probatur ... quod movet ex parte ... malitia vel bonitas obiecti, sed bonitas movet ad amorem, malitia ad odium: ... ad utrumque ... actus omissio ... est, quod in odio ... et ... positivus explicatur ... malitia ... sive finis omissionis: ... actus positivus debet dari ad omittendum libere.

habet amor; quia si sit cum proponit duplex contrarium motivum ad omittendam auditionem Sacri, et studium, et fortasse si bene [illegible] omittat, nequit explicari, ex quo motivo procedat omissio, cum utrique ut potest contrarium nequeat simul in omissionem influere: Respondeo ut explices, petrus omittere auditionem Sacri propter studium potius quam propter [illegible] aliquibus actibus positivis voluntatis dari debet. 21

Ad argumentum Sor. quod in hac materia difficilius est, et cui maxime nititur Noster Cardinalis Sforcia in [illegible] dist. 3 quaest. [illegible] Deo neque demeretur. Ad probationem dicta maior distinguo minorem: bonitas quae movet ad amorem concedo: bonitas indifferenter proposita movet ad amorem, sub distinguo: movet efficaciter, et de facto ad amorem, nego; movet inefficaciter, et indifferenter, concedo. Idem dicendum de malitia indifferenter proposita. etenim bonitas obiecti indifferenter proposita potest esse ex parte obiecti sufficiens motivum ad amorem et sufficiens ad omissionem amoris: et ratio est: quia bonitas non proposita, vel admixta malitiae in delectabilitatis statu, movet indifferenter, et inefficaciter: unde ad amorem et ad omissionem movere potest: et ipsa met bonitas sic indifferenter proposita vel malitiae admixta potest esse sufficiens et rationabilis causa, cur voluntas omittat amorem. 22

Ad confirmationem quae continet specialem difficultatem ex [illegible] agitatam, Deo neque demeretur do amor- ad confirmationem dico, quod quod alii [illegible] Rigalda ad futuritiones conditionatas importune recurrant, quod et suppone illa quod duplici illo motivo et si contrario proposito petrus omittat naturaliter omittet ex vi utriusque, vel alterius ex illis motivis propositis in [illegible] voluntas per actus positivos. Non est:

exempli gratia quod utrumque equaliter donat et neutrum delectet, vel aliter, et equivalenter teneat voluntas ex detractione utriusque omittere, sicut de unica talis motibus concurrentibus in genere causae extrinsece concurrant motiva sufficientia quae proponant et non abjiciant, ut effectus sequens ab illis procedere dicatur. Firmum est quod bene docente Ouiedo tractatu 4. de bonitate et malitia actuum humanorum controversia 6. numero 15. omissio libera potest duplicem malitiam habere, alteram ex se contra preceptum audiendi missam, alteram ex motivo contra preceptum non furandi vel si furtum sit grave in omnibus omissionis: et hoc est omnibus Nota: quod scilicet ex motivo gradu derivatur tum bonitas tum malitia in actus humanos; et quidem presertim malitia ad quam contrahendam non requiritur quod intrinsece motivis beat, sed sufficit quod extrinsece proponat neque abjiciat. Nec huic obstat quod motiva illa contraria sint, sicut enim motiva contraria v.g. somni et furti possunt simul concurrere ad actus positivos, tunc quod nolle audire sacrum, quia licet sint quoad exequutionem simultaneae contraria adhuc simultanee ad eundem effectum sive actum deterant, ita ad eandem omissionem possunt simul concurrere et deterare.

Quaestio 3a

An, et quando actus incompatibiles cum adimpletione precepti sint mali malitia omissionis?

Caput primum

23 De qua dicitur quaestio.

Sensus quaestionis est, an qui omissa auditione Sacri precepto tenetur v.g. et pro eo tempore in quo preceptum urget, ponit opera alia incompatibilia cum auditione Sacri v.g. ludus, venationes aut iter, an scilicet opera ista, preter alias malitias

ni habent, sint peccata in se, ita ut eque omissioni mali-
tiam? In quo certum est apud Doctores omnes cum Suario, et
Vazquio, quod si id incompatibile cum actu precepto sit
causa finalis omissionis actus precepti, vel etiam ut
medium ad omissionem actus precepti, erit peccatum
culpa est manifesta: quod actus, qui est causa moralis omissio-
nis illicite, est illicitus: et in iis ad finem illicitum habet ma-
litiam ex fine ad quem ordinatur: unde si prius omittat Sa-
crum ex fine studendi actio studendi alias ex se
bona, fit mala ex malo medio, quod causat ut causa
finalis moralis: si autem prius studeat ex fine omittendi
Sacrum medium ex se bonum, fit malum ex malo fine ad
quem ordinatur. Queritur ergo de aliis actionibus incompatibilibus
cum observatione precepti, que neque sint motiva aut causa
omissionis neque ut medium ad illam assumantur 24

Durandi
in 2° Sent. dist. 35 quest. 2a, et aliorum sententia docet, nullum
omnino actum incompossibilem cum observatione precepti esse m-
alum malitia omissionis. Secunda sententia omnino actus incompa-
tibiles esse peccata, sive malos malitia omissionis docet. Ita
Valentia et Granado. Tertia sententia 6a tractatu 1° disp. 3
sect. 3a. Tertia sententia docet eos tantum esse peccata
qui influunt in omissionem, sive sunt causa et occasio omis-
sionis; Reliquos vero, qui solum concomitanter se habent
cum omissione precepti non esse peccata. Ita Suarez, Va-
squez, Sanchez, Sales, Duo et Trig. disp. 45 sect. La
Lugo de penitentia disp. 16 sect. 1a, et Moralistae alii
cum Filiucio Azor, et Layman, quos citat et sequitur Diana
parte 3a tractatu 6 Resolutione 8a. Ab his recognoscunt hi Doctores
in assignanda actione, que sit causa vel occasio omissionis. Unde
inter eos gravissima controversia est, an peccet, qui efficaciter

Ut v.g. si non observare praeceptum audiendi sacrum nulla alia actio ad h[oc] ani[mum] voluntas se certa sit causa omissionis, ... pecca[tum] minora; an vero aliqua sit causa omissionis, et peccatum? Hoc ... docent Vasquez et Bonius hic disp. 102 sect. 8, et cum Suarez Arriaga et Lugo tenent alii. ... hi ... non ad me ... pecc... se se explicant, nisi ... duplicem ponemus.

25 Sit ... actio illa ... possibilis cum observantia praecepti secuta ad intentionem omittendi praeceptum quae sit executio omissionis intentae, est peccatum, malaque malitia omissionis. explico ... exemplis. Ut si ... vitandam non audire sacrum die festo, postmodum ... eligit manere domi, vel studere vel ludere, in hoc casu manere domi, vel ludere, vel studere est executio talis intentionis ex alio fine habitae et peccatum audit ... tempus audiendi sacrum praeceptum, et ... vitandi. Ut si ... sacrum non audire, postmodum quae elligit ... fabulari cum amicis, talis ... fabulatio executio illius intentionis est, et peccatum; non ... intentione, ... actus externus ... intentionis, et omissionis intentae; sicut porrectio veneni ... est executio occisionis intentae, non tamen ... moraliter.

26 Nostra ... probat. id est peccatum et malum malitia omissionis quod influit in omissionem, ... actio incompossibilis cum observantia praecepti secuta ad intentionem illud non observandi, quae sit executio omissionis intentae ... in omissionem: ergo est peccatum et mala malitia omissionis. maior est certa apud omnes. minor probatur: quia illa actio ... ad omissionem per modum executionis: per illa ...

esse quia qui id quod antea decreverat; et id quod concurrit per modum executionis ad omissionem influit in illam; quia ... aliud opus, quod per modum executionis concurrit ad obiectum ... minoris: ... illa actio quae sit executio omissionis intentae, influit in illam.

27 ... non solum intentio occidendi hominem est peccatum, et etiam ... per ... eius intentionem ... quod per modum executionis ad omissionem ... concurrit ... minus concurrat in suo genere per modum executionis ad omissionem intentam actio illa incompatibilis cum impletione praecepti ... non minus erit peccatum. ... aliqua actio incompatibilis cum impletione praecepti subsequens intentionem omittendi est aliquando necessaria ad executionem omissionis intentae, et ponere libere causam naturalem ad omissionis intentae executionem, est influere in omissionem intentam: ergo aliqua actio subsequens intentionem omittendi incompatibilis cum impletione praecepti influit in omissionem. Probatur maior: qui in templo existens, dum sacrum incipit, intendit sacrum ob vitandam molestiam non audire, adhuc audiet sacrum, et non exequetur omissionem intentam, nisi aliquam actionem ponat incompatibilem cum impletione praecepti, scilicet vel egressionem e templo, vel studium, confabulationem, aut somnium: ergo ad executionem omissionis intentae aliqua actio incompatibilis cum praecepto requiritur, quam libere ponere, sine dubio est exequi omissionem intentam, licet supponat intentionem omittendi.

Dices 28 ex Amico: actio illa incompatibilis cum impletione praecepti supponens intentionem efficacem omittendi sacrum,

vel studiy neque adequata neque inadequata causa moralis omissionis: ergo non influit in illam. antecedens probatur quia hoc studium supponit voluntatem sufficienter determinatam a alio fine ad omissionem sacri. confirmatur 1°: tale studium potest esse dignum bonum, ut si quis habeat ex voto diebus festis domi manere ob vitanda molestia audiendi sacri studere; tunc enim si maneat domi tenebitur studere; sed nequit actus malus esse dignum bonum: ergo talis actus non est malus malitia omissionis. confirmatur 2°: tunc elector suffragium suum indigno postquam novit illum ad electionem canonicam sufficientia habere suffragia ipse non peccat neque causa moralis electionis et nec ad restitutionem damni tenetur, ut docent gravissimi theologi, similiter docent de senatore ferente suum suffragium pro iniusta sententia postquam noverit sufficientes alios senatores suffragium suum tulisse apud dianam parte 10 tract. 8 resolut. 46, non alia de causa nisi quia efficax et adequata damni causa locum et posita; ergo similiter in nostro casu dicendum est de studio superveniente posita efficace et adequata omissionis causa.

29 Ad argumentum dico ex dictis, antecedens: actio illa sub iectione studiy neque et adequata neque inadequata causa moralis intentiva omissionis concedo, executiva omissionis nego: etenim per intentionem illam antecedens omissio est posita in complete et in intentione; per actionem autem illa ponitur omissio complete, et in executione: et licet vi illius intentionis efficacis aliqua actio incompatibilis cum precepti obligatione ponatur voluntas; hoc non tollit, quod talis actio posita sit causa moralis executiva omissionis, quemadmodum peccatum est in percussione supposita voluntate efficaci occidendi. Ad confirmationem

dii e no maij: tales studij potest ee mã voti si sit hui, et
nunc causa executiva omissionis intentæ necessario maven.
si n sit secundo matt: potest tale studiy supponere alig
causas adequatas executivas omissionis, et tunc minime
erit peccatum, utem l. q. e probabimus pt eritque ee mã
voti q hunc n est cã influens moraliter in omissionem
tunc alia cã adequata n supparat, ipsius studium erit
cã executiva omissionis coenteri quae moly malitia
omissionis, nec mã voti poterit ee. 30

Ad lge fratrad mitto
3 grg verissima illorum casuum doctrina, et ex eã nulla
n infirmat: q illa actiones supponunt cã efficaces inten-
tivas, et executivas in fluentivum in electiones indigni,
tum in solectiones in iusti tributi aliunde posita et com-
pletas: quod non accidet in nostro casu, q aliunde ad stu-
dium supponat cã alia efficax completa tum intentiva
tum executiva omissionis intentæ, ut in l. q. e declarabit.
in eo vero casu, in quo studiy est per mij executionis
cã influens in omissionem intentam, n supponit per illa
intentiones efficaces causa omissionis completa et adequata.

Sit 31

Lge: n sit actio incompatibilis cum observantia precepti
e peccatum sine nulla malitia omissionis. probat: non
sit actio incompatibilis cum observantia precepti est
cã moralis adequata, vel inadequata intentiva omissi-
onis, aut executiva omissionis intentæ: e n sit actio
incompatibilis cum observantia precepti e mala malitia
omissionis. cõa liquet ex dictis. ant probat: aliqua
imo et multiplex actio incompatibilis cum observantia
precepti potest supponere causas adequatas efficaces
intentivas, et executivas omissionis intentæ; et id q

supponit causas adaequatas efficaces intentiones et executiones omissionis intentae, non est causa moralis, nec intentiva, nec executiva omissionis intentae, ut ex terminis liquet, sed in genere moris per accidens, et mere comitanter se habet: Declaratur

82 hoc exemplis, da aliquem habere intentionem efficacem omittendi sacrum praeceptum, et ad faciliter vitandum, velle in lecto iacere: post aliquem alliceri in lecto studere, vel ludere: in hoc casu actio studendi, vel ludendi impossibilis cum observatione praecepti supponit causas adaequatas omissionis intentivas et executivas positas, et eis stantibus sequitur non dari omissio sacri: ergo actio studendi nullo modo est causa omissionis in genere moris. Atque ideo in eo casu non est vera haec propositio: ideo omittitur auditio sacri quia datur actio studendi, quae falsa est, quia supposita intentione illa et quod prius iaceat in lecto per accidens est quod studeat ad omissionem. Idem dicendum est quando quis existens in templo dum sacrum incoat, recedit e templo, et in area templi confabulatur: talis quippe confabulatio non est causa moralis omissionis, nec per se, quia supponit causas intentivas omissionis, et causas executivas omissionis intentae, quae est recessus e templo, per accidens quae ad omissionem sacri se habet confabulatio.

83 Hic opportune dubio quidem occurrendum: an illa actio externa, quae sit medium omissionis culpabilis, causa executiva omissionis intentae habeat malitiam aliam praeter malitiam omissionis? Etenim studium vel cuius causa sacrum omittitur, debet habere malitiam alterius omissionis, altera contrarietatis propriae in cuius materia versatur, scilicet studiositatis, docent graves theologi Suarez scilicet, et Granados, quos sequuntur Arriaga disp. 22 de peccatis sect. 3 num.

36: quinde quae debere in confessione explicari, quae ergo sit
actio, quae causa omissionis fuerit. tamen illud est hoc est, quod
scilicet virtus studiositatis vel ita regulat suos actus, et
prohibeat inordinatos studendi affectus, qui quidem habeat
circumstantias repugnantes alteri virtuti; sed affectus stu- 2
dendi, quatenus omne auditio sacri praecipit, est inordina-
tus, et habet circumstantias repugnantes alteri virtuti
ergo illos prohibet studiositas: ergo et illud.
Dicendum tamen 34
cum communi theologorum apud Pater Arriaga disp. 45 sect. 6, et Dianam
tractatu de circumstantiis resolutione 62, actiones illas alioqui
bonas, aut indifferentes nullam aliam malitiam habere praeter
malitiam omissionis, nisi ex alio capite peccaminosae sint.
Probatur: quia id, quod aliunde malum non est, et malum ab
effectu est, tantum dicitur malitiam participatam ab effectu; sed in
hoc casu studium aliunde malum non est, et malum est ab effectu
scilicet ab omissione peccaminosa: ergo solum dicitur malitiam
participatam ab effectu, scilicet omissione peccaminosa.
adde, ex opposita sententia sequi gravius peccare omitten-
tes sacrum causa studendi, quam deambulandi, aut se
calefaciendi causa, et mentientes ex charitate quam
sine causa mentientes.
35
Ad rationem in oppositum dico quod maior
virtus studiositatis prohibet affectus inordinatos studendi
qui sunt inordinati intra propriam materiam studii concedo: qui
sunt inordinati respective ad materiam alterius virtutis,
nego: studiositas prohibet inordinatos affectus in materia
propria studii; scilicet affectus studendi superflua
aut nociva animae, vel modo aut tempore nocivo corpo-
ri: potest autem quis ipso tempore audiendi sacrum praecepti,
absque illo affectu, aut modo inordinato studere.

vnde sui dign[us] erit inordinati in m[ater]ia studij, quod ille
nec con[tr]a sue diuinitatis, et inordinatis in m[ater]ia religionis
q[ue] impedit auditionem diuini præcepti

Caput VI

36 Respondet aduersariorum fundamentis.

Opponens 1.° fundam[ent]um p[ro] sent[ent]ia Durandi: nam peccatu[m] q[uo]d opponitur
determinato præcepto, debet consistere in determinato actu; et actus
impossibiles cum obseruantia præcepti non sunt determinati,
cum possint diuersi actus tempore præcepti exerceri, qui
non sunt peccata contra determinatum præceptum. Confirmat 1.° nullus peccat
faciendo q[uo]d non est intrinsece malum, vel prohibitum; et multi
actus impossibiles cum obseruantia præcepti neque sunt intrin-
insece mali, nec prohibiti, ut constat in studio etc. ergo
illos faciendo nullus peccat. Confirmat 2.° nemo indicat p[er]
actus esse in confessione explicandos: ergo non sunt peccata. Res-
pondeo dicendo maiorem: ut peccatum contra determinatum præceptum
debet consistere in determinato numero actu, concedo: in de-
terminato specie actu, nego. diuersa quippe peccata quæ
est physice et secundum esse morale eidem determinato præcepto
opponi possunt: contra præceptum idem non occidendi et propinatio
beneni, et negatio alimenti in extrema necessitate con-
stituto: adde, quod licet studium, et ludus, quæ actiones p[er]
esse sunt executiua omissionis, aut finalis, specifice dif-
ferant, determinari possunt ad eandem speciem moralem peccati om-
issionis ad eundem actum præcepti omissionem.

37 Ad 1.° Confirmationem nego
minorem: nam actus qui dicunt causam finalis, aut executiua omissionis,
virtualiter prohibentur quia ipsa prohibetur omissio: qui enim præcipit
actum, sicut virtualiter prohibet omissionem actus, ita virtualiter
prohibet actus omnes qui possunt esse causa moralis omissionis. Ad
2.° Confirmationem respondeo concesso antecedenti, nego consequentiam: nam explicato principali caus[a]

omissionis, censentur sufficienter explicati, quando actus qui fuerunt causa omissionis, ex malitia diuersa non distinguuntur: sicut explicato homicidio censentur explicata media ad illius executionem adhibita, nisi malitiam aliam praeter occasionis malitiam habeat ipse medius aliquid peculiare. 66

38

Oppones 1° praecipuum authorum 1. sententiam: omnis actus incompossibilis cum impletione praecepti voluntarie positus est causa moralis saltem indirecta omissionis: ergo malus malitia omissionis. probatur antecedens 1°: quia eo posito sequitur infallibiliter omissio actus praecepti: 2°: 1a ut aliquid sit moralis causa effectus, sufficit, ut eo posito sequatur effectus, etiam si idem effectus sequatur ex alia causa: nam de ratione causae non est, quod ab ea sola sequatur effectus; at posito quocumque actu incompossibili cum executione praecepti, sequitur infallibiliter omissio: ergo. probatur 1°: omnis actio contra praeceptum est peccatum; at omnis actio incompossibilis cum auditione Sacri est contra praeceptum audiendi Sacrum: ergo est peccatum. minor probatur: 40
Id est praeceptum audiendi Sacrum est omni actio impediens auditionem Sacri; at omnis actio incompossibilis cum auditione Sacri est impediens auditionem Sacri: ergo. Confirmatur 1°: ex contraria sententia inferuntur absurda. Primum, quod si duo homines simul duplici bombardis hominem interficerent, neutrum illorum peccaret, nec esset homicidium eius: quod quaecumque illorum omnino deficiente, adhuc sequeretur homicidium. 2um, non peccare Sacerdotem primo mane breviarium omittendo, si semel efficaciter decrevit in eo canonicas horas, nisi habitationis tempore non recitare. 3um hominem castitatis voto adstrictum non peccare uxorem ducendo, si prius se determinavit ad non servandum votum. 4°, non peccare furem aliena bona assumendo, si prius decrevit ea non restituere. 39

Respondeo negando assumptum ad 1°.

probatur nego absolute ans. quia non ex quocumque actu incompatibili cum observantia precepti sequitur omissio actus precepti; sed solum ex illo, qui est causa finalis vel executiva illius; sed non autem omnis actus est executiva causa, sed solum ille, qui aliquam causam executivam non supponit, et voluntarie ponitur, perseveratque. at hoc: neque si quis me includat impediendo me ab auditione sacri, et ego in illius studeo, tale studium, licet incompatibile cum impletione precepti, non est causa executiva ex qua sequitur omissio: quia supponit aliam, nempe inclusionem, quae est sufficiens, et perseverans causa executiva aliam non supponens.

Hinc ne datur

40. minor oppositio solutionis. ad confirmationem secunda maiorem nego minorem. ad probationem dico maiorem et non minorem. neque omnis actio incompatibilis cum auditione sacri est contra preceptum, quia non omnis est causa moralis intentiva aut executiva ut vidimus; neque omnis actio incompossibilis cum auditione sacri est illius impediens, quia aliqua actio incompossibilis cum auditione sacri semper supponit illam iam impeditam ex vi alterius adequate causae perseverantis, ut vidimus in exemplis iacentis in lecto, et studentis, inclusi et ludentis: ludus enim et studium supponunt auditionem impeditam, quia in illo prius intelligitur moraliter adequate iam impedita auditio, et omissio causata: sicut enim expellitur, nec causat expulsionem frigoris antiqui a subiecto a forma quae vi aliarum causarum supponit frigus non esse in subiecto: ita non causat impeditionem sive expulsionem auditionis, ut ita loquar, actio, quae supponit vi alterius causae auditionem impeditam, sive expulsam a subiecto.

Ad confirmationem tertiam nego illud

41. ex quatuor illis absurdis ex nostra sententia inferri: non primum quia in eo casu uterque explodens est causa moralis, totalis vel

partialis homicidii: alludens eo quod duo homines, ut causae totales, sed ut partiales concurrent ad eius effectum intendendo effectum, scilicet homicidii, et aliud, quod alter supponat effectum, sive homicidii totaliter ab alio causatum: nam in hoc casu si ex plodens in hominem cognitum ut ab alio iam interfectum, et non intendens homicidium, sed ex alio fine indifferenti non dicetur ullo modo homicida: pariter in nostro casu actio ex se indisponibilis cum auditione Sacri supponere potest omissionem iam adequate causatam et non intendere omissionem et poni ex alio fine indifferentis, consequenter quae illam moraliter non causare. 67

Deinde 42

nec 2um nec 3um nec 4um, in istis quippe recidunt absurda ex sententia nostra infferunt: nam qui projicit breviarium in mare post deliberationem non recitandi toto navigationis tempore, et qui post intentionem non servandi castitatis votum uxorem ducit; et qui bona furtiva assumit post intentionem non restituendi, non solum ponunt actum indispensabilem cum observatione praecepti; sed etiam se libere constituunt, imo et se necessitant ad non servandum praeceptum, et votum pro tempore sequenti, etiamsi postea vellent: unde actiones illae sunt verae causae non observandi praecepta pro tempore sequenti et plane distincta peccata; quia sunt voluntaria impedimenta, quibus sibi quis potestatem adimit servandi praeceptum in posterum, si forte intentionem omittendi mutaret: quod bene advertente de Amico num. suo 34, hinc accidit quod si inter intentionem omittendi, et tempus quo praeceptum urget, est aliquod temporis intervallum, in quo possit homo intentionem mutare, ut in triplici illo assignato casu accidit. 44

Quaestio 4a

Quando omissio imputetur ad culpam?

43 Q.ª Precipua in hac quest. de off. cultus, et alijs sermo est, an omissio sit actualiter peccatum quando non est actualiter evitabilis? ut casu: quo quis previdens, aut intendens omittere sacrum, orat ve canonicas ve somno vel ebrietati se addidit: ponitur etiam omissio sacri quae non est actualiter evitabilis ve somni aut ebrietatis: Rogat, utrum omissio hoc sit in se peccatum et imputet ad culpam, vel solum sit peccatum in sua causa libere posita, ita quod omissio non sit re ipsa peccatum, de effectu peccati? Aliter elucidantes in hac parte questionem de solo nomine disputare dicit Pater Amicus num. 41, tamen ex questionis huius decisione resolutio alia obligationis dependet: an scilicet talis omissio in confessione explicanda sit? Quod affirmant varie Doctores docentes esse in se peccatum omissionem adhuc actualiter inevitabilem, hi sunt Pater Suarez, Valentia, Salas, Thomas Sanchez lib. 9 de matrimonio disput. 45 num. 28, et aliquos citat, et sequitur Pater Castro Palao tomo 1 sue Theologie Moralis tractatu 1º disp. 2 puncto 8º. negantibus alijs, qui non esse peccatum tuentur: hi sunt Patres Bazquez, Granado, Oviedo, Arriaga, Amicus, Lugo de poenitentia disp. 16 num. 440, Gaspar Hurtado, Tapia, et aliquos citat et sequitur Diana 3ª parte tractatu 6 Resolut. 52.

44 Assentior negative si cum precitatis authoribus: illa autem, quod et ipsi prenotant, non solum de omissione intelligenda est, sed etiam de omissione, sive actione positiva actualiter inevitabili: ut si omne Christianus previdens homicidium, pollutionem aut blasfemias ex ebrietate sequendas: parem enim est utriusque ratio. Dicimus esse peccata non esse, neque denominative ab actu libero voluntatis eo modo

f. Ille actus externus simul cum interno denominat actu- 68
aliter peccatus; sed de primo est primi: quod peccati formaliter
et actualiter exigit ea actus sit liberi: quoad rationem peccati
actualis requirit actualiter actuatus libertatis actus:
Ergo actus vel omissio in somno, vel ebrietate secuta
nequit esse actuale peccatum. atque et Scotus dicitant.
Probatur Ergo: actus vel omissio in somno, aut ebrietate
neque in se est libera, ut supponitur, neque libera
secundarie libertate derivata a bi actuali:
Ergo nec actuale peccatum. probatur atque quoad 2am partem:
quia omissio illa contingit, non datur actus voluntatis liber,
per quem dicatur voluntas actu libera, sive actu
sua libertatis exercens; ideo quod non datur actus volunt-
atis, per quem voluntas actu sua libertatem exerceat:
actio sive omissio externa non est libera libertate
derivata ab alio actu: Ergo etc. 45

Confirmatur Haec ratio 1° quia
libertas praeterita actus voluntatis, qui praevius est ea actionis
vel omissionis, iam non est libertas actualis, neque sub-
dimen dominio voluntatis neque aliquo modo distinuit
post actualiter liberum: Ergo libertas praeterita actus nequit
adhuc extrinsece distinuere omissionis actualiter liberas,
cum non distinat intrinsece voluntatis actu liberi: Ergo nequit
distinuere omissionem in ratione peccati actualis. patent conseq.
2° quia id actu liberum non tantum nequit denominare nec
voluntatis libere se exercentis, nec alios actus etiam secun-
darie liberos. Confirmatur 2a: quoties aliqua forma non denomi-
nat actu primarium subiectum, ex officio respondit deno-
minatio in secundarium subiectum; sed a tali forma non
denominat, id libertas non denominat actu liberum
causa actionis aut omissionis, quae est primarium subiectum

exqua refunditur denominatio liberi in actionem aut omissionem sequutam: nec illa quae est sequenda ... subiecto actu liberi denominatur: ... actu peccatum ... Confirmatur 3°: ideo decepti et parti ... ad peccaminosam ... subiectum sequuti non sunt peccata actualia ... in illos non refunditur actualis libertas praeteriti ... qui naturaliter sequuntur decepti et parti, qui effective peccati sunt: ... similiter dicendum de aliis actibus, aut omissionibus ad eamque libero dato, et praeterito sequutis.

Dico 3.

46 Ut actio vel omissio aliqua sit peccatum actualiter, non est necessarium quod sit actualiter evitabilis; et satis est quod fuerit evitabilis in causa: quoniam actio sive omissio peccatum esse potest, quae est actualiter inevitabilis. ... probatur multis: 1° ebrietas est peccatum actualiter, et tamen in ipso instanti, in quo incipit, in ... est inevitabilis actualiter. 2°: si aliquis praecipitat ne dormiat, omissio est peccatum ... praecepti; et tamen in se ipso est actualiter inevitabilis. 3°: si hominem letaliter vulneres ita ut intra brevissimum tempus moriatur, mors illi ... tibi peccatum est, et tamen supposito vulnere est inevitabilis: quod idem accidit ... formentario ... ignis ad domum comburendam iniecit. Confirmatur: ... ... aut pollutio in somno, vel ebrietate eveniens non est actualiter peccatum: ... intendere illam ut in somno ponendam, non est peccatum, quod nemo admittet: illa actio a ... quod intentio efficax ... peccaminosi non est peccatum.

Respondetur ... cuius falsitas ex nostris probationibus ... constat. ad ... probatur nego ebrietatem esse peccatum

47 actualiter; solum quippe est peccatum illius voluntaria, et

libera causa, immo liberata, scilicet bini potestati ad eius rei. similiter somnus est peccatum et applicatione voluntaria et libera ad somnum; sicut homo, quo quis se praecipitat e turri, solus est peccatum, cum libere incipit a voluntate, tunc causa in praecipitio. Et cursus in quo amplius non est in voluntatis potestate, ad [illegible] vulnus mortiferum ipsa est peccatum, et effectus peccati, scilicet percussionis liberae, vel gladio vel sagitta in homine inflicta. similiter et motus in somno peccatum non est, sed effectus peccati, scilicet liberae applicationis sui ad venereum [illegible] pulchritudinem [illegible] illecebras; et licet actio illa vel emissio in somno posita non sit mala formaliter sive peccatum, est tamen effectus peccati, intentio autem effi-cax eius, quod licet in se formaliter peccatum non sit, est tamen effectus peccati, peccaminata est, ut patet in eo qui ursum vel lupum in alterius oves immittens, aut ignem in alienas segetes iniiciens, sine dubio peccat, et si effectus illi sequuntur, scilicet ab eius operatione, aut segetis combustio peccatum non sit, est effectus peccati. 48

Dices 2°: solent fideles iniiti modi actus, aut omissiones in crapula, aut somno secutos confiteri, qui non explicarent, nisi iudicarent esse peccata, ergo sunt. Resp., cum solent fideles actiones aut omissiones illas confiteri, quae redierunt priores voluntates ante eventus, et tamen tunc peccata non sunt, etiam in adversariorum sententia, confitentur ergo ista fideles ut sic facilius et plenius explicando effectus, explicent causas, in quibus peccatum malitiae formaliter contraxerunt, sufficienter ac poenitentes. 2° Bar[illegible] sed cum pluribus aliis, e nobis supra num° 43 relatis, dicere se apparuisse libere [illegible] ex[illegible] omissionis Sacri ob-

ebri etatis pollutionis etc. quod ita intelligendum est
nisi quando actioni ipsi in ipsa sequte annexa est cen-
sura aliqua ut in abortu aut clerici percussione
vel obligatio restituendi, ut in omissione recitandi
officij, tenetur quippe ad restitutionem proportionis bene-
ficij fructus amittens, propter culpabilem omissionem
dedit, etiamsi omissio secuta actualiter peccatum non sit
et etiamsi ante eventum ex homo retractaverit priorem
voluntatem imo et ita h... per contritionem et confessionem
sit. et ratio est quia leges tunc puniunt istas causas
actionis, aut omissionis culpabiliter positas, ex sup-
ponens quod sequatur effectus, etiamsi effectus sequutus ex culpa
non sit.

49 Ex dictis infero 1º quid dicendum ad quaesitum illam
an imputetur illi qui ex causa culpabili in morbum
incidit, quo durante multa ecclesiastica praecepta
omittendi ut de ieiunij, auditionis sacri, recita-
tionis horarum etc. predictae praeceptorum omissiones
imputentur ad culpam? dicendum enim est, quod si eius-
modi omissiones previsae fuerunt et sub hac previ-
sione causa mali fuit directe volita, illae imputan-
tur ad culpam in causa quod si illae indirecte intentae vel
volitae fuerunt in causa: quod si previsae non fuerunt
non in causa imputabuntur ad culpam, quia tunc nec in-
directe quidem fuerunt volitae. Infero 2º peccatum
omissionis incipere, quando quis advertens se exponere
voluntatis periculo omittendi opus praeceptum, apponit causam,
ex qua sequitur inevitabiliter omissio operis praecepti
et ratio est quia tunc incipit peccatum omissionis, quando
illius moralis causa, in qua mala est omissio. dixi
incipit: quia non consumatur omissionis peccatum, nisi re ipsa

omissione secuta, sicut nec omissionis: neque enim quis homicida, aut adulter dicitur ex sola causa voluntaria efficaci occidendi vel adulterandi propria: unde si quis decrevit sacrum omittere, et cum ea intentione dormiat et dormiendo, postea tamen ante elapsum tempus excitetur, et sacrum audiat, non dicetur omisisse sacrum, et de dicta omissione causa culpabilis.

In foro

Sed licet actiones illae non sint actu peccata, adhuc poenis latis contra eos mediis actionibus perpetrantes incurri, et damni reparationis obligare: quod ut supra diximus est, poenis illis incurri quicumque actus, quibus data fuit causa ex culpa effectus illi ponuntur per omnia quae cum illis coniunguntur. 50

Hinc certe est, eos, qui letaliter hominem vulnerunt in ebrietate, quibus ante mortem secutam causae datae illius poeniteat, aut non poeniteat, incurrere irregularitatem et si clericus sit percussus, excommunicationem saltem in foro externo: dixi in foro externo, quia pro foro interno satis probabiliter videtur P. Castro palao tomo 1 tracta 2o disp. 1 puncto 3 cum aliis, excommunicationem non incurri ob causam mortis clerici datam ante mortem secutam efficaciter quis doleat de causa data, vel mandato irrevocabili occidendi clericum: cuius ratio est: quia excommunicatio est poena medicinalis et requirit contumaciam, ut incurratur; et qui ante mortem secutam poenituit, iam non datus est, neque est contumax quando data causa; quare excommunicationem saltem pro foro interno non incurrit. 51

Advertendum tamen est, ex hac doctrina non posse recte deduci ad irregularitatem quia irregularitas, ut omnes supponunt, non est poena pure medicinalis, ordinata solum ad emendationem.

qua prior adhuc emmendatione posita manet irregularitatis finis. unde qui mandatis, verbis, aut medicina adhibuit ad abortum, homicidium ve aliud, etiamsi ante abortum aut homicidium, se in evitabile poenitentia egit de ca data irregularitatis incurreret abortu, aut homicidio alio sequuta. Ex dictis infertur; qui licet per licens breviarium in mare per die navigationis per annum durantis ii peccat ob in ipso, sive inevitabilitatis omissionis recitandi, officium Divinum per annum omittendo, adhuc tenetur beneficii fructus restituere, quos si eos percepit, vacantiue retenet. quod intelligendum est sive stetit cum eiectione breviarii poeniteat et iustificat, sive non poeniteat quia ut diximus, causa culpabiliter data effectui actu omissione sequuta punitur effectus aut omissio actu peccatum si sit.

Disp.o 4.a

De divisione peccati theologici in mortale et veniale

Quaest.o 1.a

An detur, et unde desumenda sit ultima peccati et aliis differentia

Caput 1.um

Certa quaedam de utroque peccato praemittuntur

L

Certum apud catholicos est, Divisionem istam rectam esse, a dividuatque peccato actuali theologico, dari quae alia mortalia et alia venialia peccata. quod late contra Haereticos Theologi quae colliguntur ex Sacra Scriptura et Patribus Belarminus lib. 1.o de Amissione gratiae, Bayner et alii hic: ex dui ersis quae Christi Domini comparationibus o...

gelio id plane demonstrat: quod de eis peccatis qui pari-
antur festucae, quae de trabi, quae de culici, camelo
comparant, ut solicet optime exponente ex Belarmino
p. Quirico lib. 3 de gratia peccat. cap. 2 ex primoret
tandem discrimen inter mortalia et venialia peccata
culicem camello, quod trabe festuca. Idem
definitio est Pio quinto, et Gregorio 13 in bulla contra
Michaelis Baii, cuius hoc 22 propositio damnat: nullum
est peccatum natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam
eternam.

2

Nec etiam evidentissima quae ratio hoc suadet.
Quia sicut in lumine nostro est quaedam delicta quae
maxime foeda, et horrenda, maxime quae dissonantia recto rationi, ut homicidium per iniuriam etc.
quaedam autem levia, et leviter dissonantia rectae rationi,
ut de coniug. aut officiosum mendacium, ita eodem naturae
lumine notum est aliquas esse actiones graviter offensivas amicitiae, et amicitiae violativas in aestimatione
morali; alias autem leviter amicitiam offendentes,
et non violativas amicitiae; et hae sunt leves tum
ratione malitiae et dissonantiae ad rectam rationem, tum ratione
offensae, illae vero graves in utroque genere: ergo dantur
peccata gravia et levia, mortalia et venialia
natura sua talia; consequentia patet, hoc quippe interest homines actiones
leviter offensivae amicitiae non dissolvunt amicitiam,
nec stare entitatem amicitiae: ergo neque inter Deum
et homines: dux iuris quippe est amicitia,
rem nec non semper dignitatem quod in aliis leviusculas offensas
direxerit, induceret ut peccatum contra amicitiam et
charitatem mortaliter; praeterea, impossibile est
Deum, si in offensis etiam levissimis amicitiam mutaret

ius occasione displicendi ab homine prebita; alteru
en d alius to ... vel levioris; sunt dubio Deo prebet
occasionis displicendi, et indignandi, quia per unum
q... levior recebit se in Deo offensa et displicen
tia in illo quam in hoc: ergo una levis offensa et veni
ale peccatum ex natura; aliud autem gravis offensa
et mortale peccatum natura est

Erraverunt ergo 3° primo lu
3 men Sthoici, qui peccata omnia aequalia esse, existima
5 runt: quia licet, ut ipsi asserebant, peccatum consistat in
recessu a virtute, et recessus ut talis in indivisibili
consistat, et aiunt, adhuc maxima in hoc recessu
differentia et inaequalitas potest esse: nam ab aliquo ejus termino
sive medio alia magis, alia minus possunt rece
dere, sicut inter colores, alii magis, minus alii rece
dunt ab albedine. Erraverunt insuper Vuiclefus
et Calvinus docentes cum sectariis aliis, peccata omnia
esse mortalia, quia omnia contra leges Dei sunt, quod vero pro
electis non imputent nisi ad venialia, reprobis
autem ad mortalia: quod quaedam ex natura mortalia sunt
et quaedam venialia natura, a ... per petrem;
falsa sunt: et inde SS. P. Pater in mortalia pecca
... fuisse ... . Erraverunt Lutherus asserens in
... solum infidelitatem esse lethale peccatum: unde
alius esse ... nullum fidelem, quamquam ...
sima committat scelera, non posse non salutem eternam con
... nisi in infidelitatem incidat: quae aperta heresis dam
nata est a Tridentino sess. 6a cap. 15 canone 27.
Dantur etiam praeter infidelitatem peccata ex se malitiam
habentia ex rerum cognitione Deum displicentiae prebentis, et ...
graviter Deus illis offenditur: ergo mortalia natura
Sunt

...unt, atque cuique elliciant.

Caput VI

An ex natura essentialiter differant peccata mortalia, et venialia?

Ex jam notatis, cap. 1. antec. certo, ac ducit affirmativa 4
pars, que probatur 1a. nullum est peccatum mortale, quod ex
inhonestum qualis est copula vel pollutio: consequenter
quae dat grabis deordinatio et difformitas ad
rectam rationem, et haec est delectatio illa, in qua parbitas
materiae a nostris Doctoribus neque admittitur neque
admitti potest. 87

Alia dicitur delectatio non libidinosa
sive non venerea, quae scilicet capitur ex visione rei
pulchrae, aut ~~[illegible]~~ tactu rei mollis ~~[illegible]~~ ibi sistendo, et solum illam voluptatem intendendo; unde mulierem
pulchram aspicere, eius manum tangere, et exosculari
absque ulla libidinis intentione, periculo vel dictis solum

propter illius pravae voluptatis, et levis modus deordinationis levis quoque culpa, dummodo autem nulla sit causa honestae amicitiae aut consanguinitatis feminam amplectari illius manus tangas, et osculeris praeter urbanitatem ex more patriae: osculum autem debet esse leve et in manu, sive ut dicitur columbinum, et tactus partis honestae, non vero inhonestae. in his quippe aut delectatio venerea aut illius proximum periculum semper reperitur, nec ex parvitate materiae excusari a mortali poterit. Atque de his satis.

Quaestio 5a

An et quo modo peccatum veniale possit in mortale transire?

Caput 1

Triplex modus quo id accidere potest exponitur.

88 Non negatur, nec negari licet, an peccatum, quod semel veniale fuit, possit in mortale transire, manente eadem moraliter, quod plane ex terminis implicat licet possit obtinere actio eadem physica, quae iudicata est moraliter mala, et sub hac ratione incepit esse venialis culpa, postmodum esse mortalis, si de novo accedat circumstantia, ex qua eius malitia, et sub hac ratione actio continuetur: quod idem contingeret, si in quota actione cum modo gravis semiplena advertentia, adveniat postmodum advertentia plena, et sub illa continuetur actio. est ergo quaestio de transitu venialis in mortale concomitanter, sive ratione alicuius circumstantiae ita vitiantis actionem de se venialem, ut ratione circumstantiae adiunctae, det, sive perpetret peccatum mortale. quae a triplici capite contingere modo id posse dicuntur communiter Doctores. 1o ratione finis, 2o ratione contemptus

fralis 3º ratione periculi: 4º ratione stimulationis, sive unionis moralis in aliorum lebis. Tres priores modos in hoc capite percurremus et quartum in sequenti capite discurri

Igitur 1º ratione ordinationis ad finem grabiter malum transire potest peccatum ex genere suo veniale in mortale. ut lebe mendacium ellectum, et directum ad homicidium pattrandum, nam cum circumstantiae adiunctae habet malitiam medii ad finem grabiter peccaminosum. et malitia medii ad finem grabiter peccaminosum ordinati, dicit non malitiae grabis ex malitia grabi finis: ergo mendacium illud ex predicto capite habet hic et nunc adiunctam malitiam grabem. Notabis in ex Dº Thoma Sanchez apud Castropalao cap. quartum dicere sufficere ad confessionem dicere se apposuisse medium ex intentione homicidii, quin explicet mendacium lebe quod fuit medium ellectum, quia tale mendacium ipse non est necessaria materia sacramenti poenitentiae. 69

2º veniale peccatum transit in mortale ratione contemptus, sive ut melius, et verius loquar, affert secum adiunctum mortale peccatum, quando datur transgressio praeceptilebis ex formali contemptu ipsius praecepti, vel superioris praecipientis. hac de re sunt latissime dicerentur Oviedo et Deus dict. statim citatus tract. 4º dist. 3ª puncto 5º: vide etiam Diana pte 3ª tract. 6º resolut. 73 et pte 2ª tract. 15 Resolut. 33. Adiungendum nobis est duplex contemptus, alius formalis, alius materialis sive virtualis. formalis datur, quando praeceptum transgreditur, illud vel superiorem praecipientem parbi pendendo et illum habendo in minori estimatione, propagarius et 9º

Dicere eius dignitati convenit: et ex hoc motivo violandi
praeceptum. Malum autem contemptus datur; quod advertens
dari praeceptum, illud transgrederis non ex motivo contemptus
praecepti, aut superioris, sed ex alia causa, et motivo, sci-
licet voluptatis, aut lucri vel alterius commodi causa:
ex qua divisione constat, in eo possunt theologico reperi-
ri contemptum malum, non vero formalem. hoc praemisso

Dico 1.: pec-

91 catum ex genere suo leve factum ex contemptu formali prae-
cepti Divini, aut legis praecipientis, evadit hic et nunc
mortale ratione contemptus. Dico est aliquid fere omnes certa, probatur
ac quia, quod tale peccatum secum adiungit formalem contemp-
tum Dei ~~[illegible]~~ irreverentiam quae gravis; sed hoc est
gravissimum peccatum: quo enim dignior res, aut persona
est, eo gravioris malitiae est illius contemptus: ergo cum despi-
ciendo formaliter parvi pendere, et estimare creaturam personam
dignam estimatione, est iniuria contra illius: ergo et contra Deum
maxima erit iniuria, illius personae infinite dignae
formaliter contemnere, et parvi pendere etiam si praeceptum
illius leve sit sive certe magis leve, quod ipse praeceptum Dei
non est levis estimationis, sicut neque contemptus Dei, quod neque
ad veniale obligat contemni formaliter potest absque
gravi Dei consilientis iniuria.

Dico 2.: violatio legis, aut

92 praecepti etiam minimi superioris humani ex contemptu
formali illius, quatenus superior est, semper est peccatum
mortale; quod si fiat ex contemptu superioris humani, qua-
tenus est talis certa et privata persona, et defectus
~~[illegible]~~ aliquos habet vel morales vel naturales non est
mortale peccatum, sed per se veniale et aliquando nullum.
Quam docent communiter Patribus Suarez, et Thoma Sanchez

lib. p.o summe Cap.te 5.o et probat: quia ille contemptus
formalis superioris, quatenus superior est, quia adiungit
sibi illa violatio precepti lebis, est grabis dehone-
ratio dignitatis personę vices Dei gerentis, et qua
talis est, et Deum repręsentat; ad hoc ē malitia formaliter
grabis: quod est(?). Dionat hec Resolutio dicto Christi Domini
Lucę 10. qui vos spernit, me spernit: ad quem Sanctus Bernar-
dus lib. 1.o de precepto, et dispensatione Cap.te 11.o citatus
ā S.S.mo P.e N.ro Ignatio in mira sua epistola de obedi-
entię virtute sic fatur: Sive Deus, sive homo mandatum
quicumque tradiderit, pari profecto obediendum ē cura,
pari reberentia deferendum ē.

2.a Resolutionis 2.a ars. 93

Non se docet ā Tamburino lib. 1.o in decalogum
Cap.te 1.o, et ā Diana cum pluribus aliis p.te 3.a tracta. 6.o
Resolut. Nemo probat. Quod non ē peccatum mortale quivis
contemptus formalis personę particularis alicuius velut
aliqua a Deo: ergo nec transgressio precepti lebis
ex contemptu formali superioris, quatenus particularis per-
sona est, erit ex hoc capite peccatum mortale. ans
ē certum: quia lebe vitium ē a particularis persone habentis
defectus aliquos ex contemptu illius non excedit limites
iniurię lebis. Confirmat hoc: qualisquam superior, ut
ē particularis persona, ex se contemptibilis solet esse vel
quia imprudens, vel quia indoctus, vel propter alios animi
corporisve defectus; sic tunc illum formaliter contemnere
non ē peccatum mortale: quia enim aut personas contemptibiles
contemnere, seclusa qualibet alia circumstantia odii,
aut malebolentię, aut damni, non ē peccatum: ergo vio-
lare preceptum lebe illius ex hoc motibo, non afferet ma-
lorum malitię preter malitiam violationis precepti lebis.

aut saltem afferret malitiam mortalem. ex quo infertur
violationem praecepti levis ex contemptu formali in re levi, ca-
rum versatur, non esse peccatum mortale, quia contemnere ma-
teriam levem, quae levis est, est illam contemnere, quod non dicit malitiam
obiective gravem: nec haec non affert malitiam formaliter gra-
vem: ergo neque erit mortale peccatum.

3°, veniale non ponitur

94 sive mortali, quod ex venialis positione datur, et ad-
vertit periculum proximum peccandi mortaliter. Dicitur hoc
aliquid esse: quod praeceptum grave est [illegible] materiam
magis non solum illam prohibet, sed etiam quod quis voluntarie, et
absque gravi necessitate se exponat periculo pro-
ximo labendi in tales actiones, quae magis graviter prohibi-
tae: ergo se ita exponere est contra praeceptum grave, conten-
tum sub gravi culpa, quia qui amat periculum, censetur mora-
liter velle eventum ex periculo proximo imminentem.
Quaeres hic quid sit periculum, sive occasio proxima pec-
candi? Communiter dicunt esse unoquoque [illegible]
esse illam, [illegible] in qua positus frequenter peccat
consuevisti: non acquiesco: quia ante consuetudinem peccandi
[illegible] non nisi per repetitos actus datur, datur occasio
proxima peccandi, ut si dicatur vice, qui prima vice scienter
voluntarie illi periculo, et occasioni se committit. Item
ut Navarro docent, est illa in qua quis [illegible]
[illegible] cecidit, quam restitit. Sed contra quia ex hac [illegible]
[illegible] sequeretur, non constitui in occasione proxima illum qui
ex decem vicibus quinquies cecidit, et quinquies re-
stitit. Deinde quia restiterit quis aliquoties non [illegible]
periculum non erat cadendi: ergo non tollit [illegible] occasionem
proximam.

95 Dico ergo: illa est, et dicitur occasio proxima, quae

ipse, vel ex circumstantiis maxime ad peccatum incitar-
in hac se libere, et absque cā et necessitate gravi
distinere, semper peccatum est: nec absolutio impert-
tienda est ne dum semel, in occasione proxima gra-
vis peccati distinto, et voluntarie perseveranti
cum dispositus non sit qui ab illa non removeri cum
possit. dixi absque gravi necessitate quod ipse
gravis necessitas excusat a mortali eum, qui se
exponit periculo proximo, vel in occasione proxima
peccandi perseverat, et tradit uterque Sanchez
apud Castropalaum citata disp 4 de peccatis.
quorum ratio est: quia gravi causa urgenti honestari
potest predictum periculum: ergo gravi causa urgenti
non est lethale. Afferunt exemplum predicti authores
aliqua scilicet, ipse quis cum periculo peccandi adire
infideles et meretrices causa predicandi apud
illos, et ad meliorem frugem hos hortandi: 2º ipse
chirurgum subeundo periculo obscena feminarum aspi
cere, et tangere causa medendi illis. 3º, teneri parro-
cum saepius labentem in peccata gravia ex suo peri
onerato curandi officio, et beneficio suo renuntiare;
idem dicit de scribis, et mercatoribus in suis peri
culosis quidem muneribus obeundis. quos omnes, si signa
probabiliter firma propositi non peccandi de cetero
perhibeant, absolvere poterit ex doctrina Cardinalis
de Lugo de penitentia disp 14 et aliorum apud Dianam
parte 3 tractatu 6 Resolut 45.

Hic opportune occasione 96
precedentis doctrinae examinanda est difficultas
alia in hac materia celebris: an scilicet non periculi prox
imi sit peccatum mortale voluntas, sive propositum omit

tendi oīa et quæcumque venialia occurrant? suppono ex certa aliquid aut horas oēs sā ex pluribꝰ, sive ex oībꝰ peccatis venialibꝰ non posse resultare unum mortale per modum repetitionis. 1º: quia vera venialium repetitio solum addit extensionem malitiæ venialis in ordine ad diversos actus, qui nullam inter se connexionem ordinære dicunt. 2º: quia quodlibet peccatum veniale ipse consumat in suo actu: ergo unum cum alio non componit peccatum aliquod majus: ergo neque plura componere possunt unum mortale: sicut neque ex pluribꝰ hominibꝰ resultare potest cum alium homo diversum, nisi quod quilibet in suo individuo sistit, et consumat. 3º: quia ut detur peccatum mortale debet dari affectum voluntatis cum majori gravitate, et graviter divinam rectam oīi; at in oībꝰ venialibꝰ etiam collective sumptis, nullam datur affectum voluntatis cum majori gravitate: nec graviter divinam rectam oīi, cum non componant unum quem affectum, ut dictum est: ergo etc. Queres 2º, an hic affectum efficax volle committere quotquot venialia se se obtulerint, contineat lethalem malitiam?

97 sed docet Pater Thomas Sanchez licet se summam in decalogum cap. 5º et antiqui alii cum Cartusiano, et Soto: quia præcipua fundamenta sunt. 1º: qui vult committere oīa venialia, vult se exponere periculo proximo peccandi mortaliter: at qui vult se huic periculo exponere, peccat mortaliter: ergo etc. 2º: Religiosum aliquid se statuens transgredi oēs Regulas suæ religionis ad venialem vel ad nullam culpam obligantes, peccat mortaliter, ut docent plures antiqui cum D. Thoma 2. 2. quæst. 186, et moderni alii cum Patribꝰ Valentia, et Castro palao tractatu 1º de peccatis disp. 2. puncto 9º: ergo similiter lethaliter

lethaliter peccabit, qui apud se statuat omnia venialia
omittere.

Nos negative cum suffragantibus mur ex omnibus Doctoribus 98
apud Granado, Salas et Duredo tracta 4° disputatione 3a
puncto 6°, et ratio est efficax: quia statuere facere ea
omnia, quae ubique tali proposito facta non continent malitiam
lethalem, est tale non est: atqui peccata omnia venialia ubique
tali proposito facta non continent malitiam lethalem, etiam
multitudinem venialium: ergo statuere ea omnia facere
lethale non est. Confirmatur 1°: quia propositum omittendi veni
alia, sive plura sive omnia, sumit malitiam suam ab objecto:
ergo si objectum vel omnia venialia non includunt malitiam
lethalem, neque vel illud habebit propositum illa omittendi.
Confirmatur 2°: quia magis aut certe non minus mala moraliter
est ipsa realis omissio peccati, quam voluntas illud omit
tendi, cum ipsa realis exsecutio videatur afferre maiorem
affectum voluntatis, vel saltem maiorem malitiam: ergo ipsa
realis omissio omnium venialium magis mala moraliter
aut saltem non minus mala moraliter est quam voluntas
omnia venialia omittendi. Sed realis omnium venialium
omissio non continet malitiam ~~lethalem~~ lethalem: ergo. Tandem
Confirmatur 3°: dari potest talis voluntas cum efficaci propo-
sito non rescindendi Divinam amicitiam et observandi
omnia, quae sibi imponunt graviter praecepta: ergo ea
voluntas peccatum mortale non est.

Ad 1am Responsionem in contrarium 99

Respondeo negando absolute maiorem: quia si talis voluntas
afferret hominem proximum periculum, magis illud afferret
ipsa realis venialium omnium omissio: et si omissio omnium
venialium non est tale periculum, ut est certum, velle talem omissionem
non est velle periculum: non autem est periculum proximum. Et ratio a

ocmonis: mittere venialia plura aut oia occurrentia videt ex terminis Dñis; q implicato siy est pecata ōa venialia et includere proximy periculy incidendi in mortale. id enim qd hoc periculy includit ex ipso mortale est.

100 Ad 2g Resp. nego, cum pluribus aliis, et virg tenent id negare, quot quot authores non licent seq. Qa sicut proposity faciendi oia, quæ sine mortali fieri possunt, non est mortale, ita metaphisice loquendo propositum non faciendi ea, quæ sine veniali possunt non fieri, non est veniale, nisi ad iungat ipsi proposito aliqua malitia lebis ex motiuo leuiter inhonesto: de quo vide Ouied citaty plura de hoc. De illo Negligentis religiosi discrimini. Resp. 2o, omisso antecedente nego conseq: qa in Religione dat specialis obligatio grauis roe sui statu tendendi ad perfectionem sui status proprij, qua quis est talis vel contra regulas ees violandi, ordecum caritaty, Dalentia orati: qa Refragant Dni Thomas Sanchez et Granado docentes obligationem hanc tendendi ad perfectionem solum esse per ea media ad quæ vota, aut leges alia sub mortali obligant, non autem per ea media ad quæ vota aut leges non obligant sub mortali. Quod videtur afferre graue Religioni detrimentum, et aliqs scandalum qd Religiosus ees passim violet regulas, ex quo capite generalis illa voluntas videtur contemptu leuiter habitus divinis; at in nostro casu nihil horum reperit.

Caput 14

Specialis Difficultas de transitu venialis in mortale roe diminutionis materiæ leuis examinatur.

14

ex supra positis quod quippe erat nusquam compe- 105
tentissime posuit peccatum aliquod futurum veniale in
mortale hic et nunc: quamvis ex multiplicatione 106
materiarum levium moraliter unitarum resultare potest
materia magna gravibus quae moraliter; et huius ten
dens in obiectum, sine magis gravibus sub sufficienti adver
tentia mortale peccatum est: ergo. ad huius omnis resolu
tionis intelligentiam faciendum est generale primum quae
principium unde resolutis aliquot moralibus
facile fluere possunt. sit ergo principium, quando aliquis
aliquis tendit in magis ... se levibus sub advertentia
... taliter et moraliter complet magis gravibus hic et nunc
est peccatum mortale ratione continuationis materiarum levium.
... huius principii est: quia actus ille non tendit in magis illa
ut praecise ab aliis, sed ut coniunctis cum aliis moraliter
et taliter: et hic levibus materia ut coniuncta cum aliis morali-
ter non est materia levibus, sed gravibus: ... tendit in magis gravibus
hic et nunc: ergo hic et nunc peccatum mortale est.

Pro hu- 102
ius principii firmitate Nota debere illas magis leves
... versat actus, complere taliter et moraliter
magis gravibus non voluntatis entitatibus, et maliter hoc est
debere cognosci, aut intendi a ponente illas magis
leves illas complere hic et nunc magis gravibus, et sub hac
ad vertentia poni: et non est opus plura quae ita debet
poni ad malitiam mortalem iuvahendam. ut sit operanti im
putabile quod hic et nunc complent magis gravibus, si nisi
advertat complere, nequit hic et nunc imputari.
ergo etc.

103

ex principio hoc infertur in materia iustitiae 1o. illum
qui intendit quantitatis gravibus furari per plura-

lebia furta, stati per hanc intentionem committere ultimum
grabe, et vero certa: quia intendit grabes proximi dam
nificationem: quod si a diversis personis eam quantitatem
grabem per plura lebia furta vult surripere, et si hoc
non pere intendat, non peccabit letaliter, ut ex iam
proxime tradita colligitur. Infferes 2°. illum, qui sub prae
dicta intentione ponit ultimum lebe furtum completibus materiam grabem
peccare lethaliter effectibe, licet in diminuto moraliter pec
cato, quia per illud ultimum lebe furtum ponit re ipsa grabem
proximi damnificationem: uniunt quippe omnia per illum dum lucrantis
antecedens: quod est

Lo4 Infferes 3°, eum qui post plura lebia furta
et se commissa ultimum furtum licet lebe committit advertens
illo materiam grabem compleri, peccare lethaliter illud committendo
illud quod esse hic et nunc peccatum grabe. Ita Dr. Baz
quez, Thomas Sanchez, Molina et alii, ac Cardinalis de
Lugo disp. 16 de iustitia et iure sec. 2a n. 94. Lessium
Reveli, et alios, quorum sententiam probabilem et hanc iudicat Pat
Ouiedo tracte de 3 troversia (?) citato puncto 7 num. Lo3. Pro
probatur illatio et Resolutio: quia illud licet se lebe furtum
hic et nunc ponit ab operante sub scientia, quod sit complemen
menti nocumenti grabis, et quod operetur hic et nunc
per illud causa moralis nocumenti grabis proximi; at furtum
sub hac scientia patratum nequit non esse hic et nunc grabe
et peccatum mortale: ergo. minor liquet: maior est ipsa
Lugo positio casus: et adhuc probatur: quia per illam scientiam
et advertentiam uniunt moraliter omnia illa minus lebes ante
cedentia furtorum ad constituendum unam materiam grabem, grabis
que proximi damnificationem in illo ultimo furto lebi. ergo
qui advertit se per ultimum furtum complere materiam grabem
est hic et nunc causa moralis nocumenti grabis proximi

centerque peccat graviter. à fortiori hoc in materiis aliis levibus, quae quod moraliter continuant gravis pec cati materia sunt: ut in pluribus levibus comestionibus cibi ac bibiti die ieiunii, in acceptione replicata mini partibus, in labore servili in die festo: ultimus quippe partibus labor, et ultima parva materia tanti, cum ei ... levis sunt; ceteris si sub advertentia praecedentis ... constituunt materiam gravem et moraliter continuatam graviterque peccat, ut etiam apud omnes certum. nec video in hac materia iustitiae disparitatem. 106

Inferes 4°. quod plures 105
simul et consilio dato concurrunt ad furtum materiae gravis licet singuli illorum solum materiam levem usurpent, illorum quilibet peccat letaliter. Resolutio est communis apud authores, cum P. Basquez disput. 146 cap. 1°, et ra tio: quod illorum quilibet concurrit ut causa moralis ad grave proximi damnum; sed qui ita concurrit mortaliter peccat. Confirmatur. Nam ita quilibet illorum concurrit ut sint rae cooperationis, consilii et simultaneae acceptionis causa furtorum levium aliorum constituentium materiam gravem graves que damnificationis: ergo est causa moralis gravis dam nificationis: ergo peccat mortaliter. Hinc est quod illorum quilibet teneatur restituere: etenim grave damnum proximi in iure illatum est causa morali illorum, nequit non tenentur obli gatione gravi restituendi. Sed dico tamen cum P. Lessio et aliis, quod si aliquis restituat quantitatem, qua restituta non remaneat grave proximi damnum, ceteri ab obli gatione restituendi excusant.

Inferes 5°. non peccare morta 106
liter eum, qui sciens alium eidem personae quantitates leves surripere, ipse etiam quantitates leves surripiat.

et quod in hoc graeibus proximi damnificatio resultet dignissime sit una que pendentes ab aliis et si dato ipsorum consilio, sed grauissimos authores hanc Resolutionem defendunt scilicet Suarius Nabarrus Bonacina Turrianus Filliucius et alios apud Dianam parte 2a tractatu 17 Resolut. 42 eorum nominibus expresse docent Thomas Sanchez lib. 4o in Decalogum capite 22 Lessius Sotus Salas et alii, quos sequitur Cardinalis de Lugo disputatione 16 de iustitia sectione 3a Ratio a priori mihi efficax est: quia talis homo non est moralis causa hic et nunc grauis proximi damnificationis ab aliis ipsi illatae; neque enim cum illis cooperatur, et concurrit per vel iubendo vel consilio, sed qui non est moralis causa grauis proximi damnificationis, non peccat mortaliter: ergo. Deinde probatur per hoc quod quamuis sciat alios culpa lebia committere, nequeunt illi imputari aliorum furta nec grauis proximi damnificatio ex lebibus aliorum furtis, et ex eo Resultans: et ille, cui grauis proximi damnificatio nequit moraliter imputari nequit peccare letaliter: ergo. aliter sequeretur, quod si quis per lineam transiret, sciretque plures alios transeuntes illam debastare, peccaret mortaliter si racemum acciperet, quod videtur durissimum. Sed dices

107 hic et nunc datur re ipsa in hoc casu grauis proximi damnificatio iniuste illata, sed grauis proximi damnificatio iniuste illata nequit dari sine peccato graui, et obligatione restituendi: ergo datur in hoc casu Reus mortis esse verus. quod datur causa moralis iniuste inferens graue damnum proximo; si enim quando graue damnum alicui, aut aliquid moraliter imputari

requit: unde docet ejusdem P. Thomas Sanchez loco citato, posse aliquos bonis orbis spoliari, gravissimo que detrimento affici nullo graviter peccante et ad Restitutionem graviter non obstricto, 107

Sanchez 108

6° infferes ex alijs materijs, eum qui vel intendendo vel advertendo plures in die ieiunij sumit parvitates, quae simul sumptae materiam magnam constituerent peccare mortaliter: eum insuper, qui die festo pluries tempore exiguo, quae simul sumpta excederent materiam parvam, supra a nobis assignatam servili labori incumberet. est utraque communis Theorum Resolutio apud Dianam parte 3a tracta 6° Resolutione 46. et Ratio est: quia omnes illae parvae materiae moraliter unitae in intentione, vel advertentia graviter opponuntur fini precepti: ergo et nunc sunt mortaliter contra gravis praecepti: ergo mortaliter peccat illas ponendo. Nota tamen cum P. Thoma Sanchez non peccare lethaliter eum, qui est in causa, quod minus ex pluribus hominibus singuli singulas parvitates laboris, et cibi prohibiti in praedictis diebus assumant. et ratio est: quia tunc illae omnes parvitates non uniuntur moraliter cum ad idem subiectum non ordinentur, non opponunt graviter fini praecepti: quinimo neque homo ille non peccat quia non intendit magis illas parvas unire, quam dividere. Dices: ergo neque peccabit mortaliter, qui est in causa quod minus ex singulis hominibus singuli singulas leves quantitates a Petro aufferat. Nego consequentiam; quia in hoc casu gravis resultat et previdetur quaedam damnificatio proximi, in alio vero non datur, neque praevidetur gravis oppositio ad finem praecepti

Disp. 5a

De peccato habituali et originali.

quaestio 1a

In quo consistat peccati habitualis essentia?

Caput 1um

1a Aliorum sententia proponitur et impugnatur.

De peccato actuali toto fere tractatu ipso decursu plura diximus, quale est actio, vel omissio actu physice existens, et in anima actu posita difformis conscientiae; cum transacto physice actu peccaminoso remaneat adhuc, et vere denominetur homo peccator, donec per stram aliquam oppositam deleat talis macula et denominatio peccatoris habitualiter talis, ideo inquirunt aliqui authores, quid sit id, per quod constituatur peccatum in esse habitualis, sive moraliter perseverantis, et denominantis actu hominem peccatorem, Deo displicentem aut inimicum. hoc nequit esse solum peccatum praeteritum: tunc quia praeteritum peccatum nequit non esse praeteritum, consequenter quia non posset homo non esse peccator pro omni differentia temporis sequentis. tunc quia postquam peccatum physice praeteritum est, manet adhuc homo peccator habitualiter: quod autem perseveret peccatum, constat apud omnes: quia constat hominis per sacramenta emundari a peccatis; et non ab actualibus, sive physice existentibus, quia accedens ad sacramentum cum peccatis actualibus, uti indispositus non absolvitur: ergo a habitualibus et moraliter perseverantibus. quid ergo est hoc per quod moraliter perseverat.

2 Sententia est Gregorii Ariminensis apud Salas, Arriaga, Oviedo et Cardinalis de Lugo de poenitentia disp. 7a docentis, peccatum habituale esse qualitates

Pus de ab actuali peccato productus, quem quidem
interpretes dicunt esse habitum vitiosum ex peccato
praecedenti relictum, alii qualitatem pravam et morbidam
per quam homo redditur habitualiter Deo displicens
sicut per qualitatem gratiae Deo gratus. Sed rejicit
communiter nunc magis loquendi quod inepte dicatur morbi-
da qualitas peccatum habituale lethale, quod mors,
non morbus animae est, et falso etiam dicitur habitum
illum vitiosum esse peccatum: nam ipsa opinio quod etiam post
iustificationem solent habitus vitiosi ex praeteritis
actualibus geniti perseverare. Deinde quod non omnia
actualia peccata generant habitum vitiosum, ut constat
in 1° actuali, et in peccato omissionis liquet. habitus
quippe est potentia qualitas ad actum eiusdem speciei in-
clinans, quae ab omissionibus generari nequit. tandem
quod etiam si Deus impediret habitum hunc, aut qualitatis
productionem, adhuc transactis actualibus pecca-
tis, daretur peccatum habituale, cum non forma moraliter
, aut physice illum expulsiva opponatur.

Ad huius speciem. 3

Videtur alia ingeniosi cuiusdam Doctoris, et in hoc gymna-
sio professoris primarii docentis, consistere peccatum Abendaño.
habituale in testimonio conscientiae, quo quis se peccatorem
agnoscit, testaturque, illiusque memoriam cogitationem
alterius investigare non vacat: in universum tamen
impugnatur 1°. quia illud conscientiae testimonium nullo pacto
malum est. neque ipse malitiam aliquam continebit
moralem, imo bonum ipse est, ut pote cuiusdam
veritatis testificatio. at peccatum habituale debet
esse, aut includere quod moraliter malum: ergo in illo
testimonio nequit formaliter consistere. — Secundo

testimonij illud, vel ē actus, quo quis cognoscit se peccasse vel ē actus, quo quis agnoscit se, postquam actualiter peccavit, manere ad huc moraliter peccatorem? non secus: quia actus ille adhuc post iustificationem in iustis, imo et in beatis ~~[illegible]~~ percipi potest: non secus: quia ille actus supponit peccatum habituale constitutum ut ē certus: cum feratur in illud tamquam in obiectum. 3°, quia demum talis actus testimonij dici non potest, aut quod post illum productionem efficiat peccatum, et nihil de peccato preterito cognoscet peccator et dicimus sibi non sit ut ait Apostolus de se ipso; ad huc peccatum habituale dat homo pena dignus, et Deo infensus denominatur: Ergo etc.

4 Quarta sententia habitualem peccati esse constituit in reatu sive ordinatione ad poenam, quae provenit ex peccato actuali preterito: et duobus precipuis modis sententia hec explicatur: Primo, itaque peccatum habituale precise constituit per reatum, obligationem sive dignitatem peccatoris ad subeundam poenam, et in hoc sensu tribuit, ut ait Salas, sententia hec Durando Almaino, Herbeo et aliis. 2° itaque preter predictum reatum ad poenam dicitur constituitur de ultimate dignitate ad poenam: in ratione peccati preteriti: et sub hoc sensu tribuit Scoto in 4° dist. 14 quest. 1ª et dist. 6ª quest. 2ª aliis quae eum dicit. 13 aliis apud Sylvestrum Amicum disp. 14 et Salas Vachi 13 disp. 14 sect. 3°: Contra hanc impugnatur sententia hec quatenus sapiat Michaelis Baij doctrinam damnatam a Pio 5 et Gregorio 13°: erat enim Baij propositio hec ex damnatis quinquagesima tertia: in peccato duo sunt actus et reatus: transeunte actu nihil remanet nisi reatus: unde in sacramento Baptismi, aut sacer

dotij

diij absolute proprie reatus peccati dumtaxat tollit 209
et ministerium Sacerdotis solus liberat à reatu. Sed censura hac omissa

Impugnatur 1° sententia 1° modo explicata: quia ille reatus obligatio, sive dignitas ad poenam tam remote quam proxime talis manere potest adhuc ablato peccato habituali et iustificato homine: ergo non constituit in illa peccatum habituale. Probatur antecedens, quia potest Deus remittere peccatori culpam, cedere quoque iuri quod habet ad odium et inimicitias cum illo, illique infundere gratiam, quin cedat iuri ad punitionem, sive ad inflictionem vindictae poenae; dum tunc iustificatur homo aufertur quoque peccatum habituale manente dignitate remota ad poenam, quae praecise consistit in eo, quod homo peccaverit et non satisfecerit et dignitate proxima quae superaddit decretum Dei ad poenam: ergo manente illo reatu, et dignitate ad poenam tam proxime quam remote tali aufertur peccatum habituale et iustificatur homo. Confirmatur hoc ratione: quia iustificato homine, et abolito peccato habituali mortali, dignitas ad poenam aeternam ita tollitur, ut maneat dignitas ad poenam temporalem: ergo si consistat habituale peccatum in dignitate ad poenam, manebit adhuc peccatum aliquod habituale, cum maneat dignitas ad aliquam poenam, et manebit peccatum habituale ablato peccato habituali. vel mortale habituale mutabitur in veniale habituale, quod absurdum est.

Impugnatur 2° sententia 2° modo explicata quia ut ostensum est adhuc ablato peccato habituali, dari potest destinatio Divina ad poenam propter peccatum praeteritum. 6

Deinde, efficere potest destinatio Divina ad poenam manente peccato habituali in ratione habitualis? quia illa destinatio nullo pacto ad ipsius esse requiritur. ans. prob. quia potest obstinate Deus cedere iuri quod habet ad punitionem peccati, quin cedat iuri ad rationabilem aversionem, et inimicabile odium in peccatore: et hoc quippe facto recte dicitur, dari in inferno nova peccata habitualia, sine nova destinatione Divina ad poenam; et tunc manere(t) habituale peccatum cum maneret homo Deo infensus odibilis et displicens: Confirmatur tandem uterque meus huius sententiae impugnat: quia non minus afficit peccatum actuale reatum, dignitatis et destinationis Divinae ad poenam quam peccatum habituale, et peccatum actuale non dicitur neque totius esse neque praeventionis reatum illum, dignitatis et destinationis Divinae ad poenam ergo neque habituale; maior et minor liquent ex quod adversarius. consequentia probatur: quia ideo actuale peccatum non dicitur constitui talis reatus, dignitatis et ~~destinationis~~ destinationis quia est extra esse peccati actualis; fundaturque in ipso actuali peccato, et etiam est quasi esse habitualis peccati, in illo quia fundatur; non enim minus fundat habituale peccatum, dum moraliter perseverat, ius ad poenam, quam actuale dum physice existit. Ergo etiam est extra esse, et constitutionis habitualis.

Secunda celebris quae

7 Thomistarum sententia docet, constituere peccatum habituale in privatione gratiae; sed huius inter se Doctores maxime discordant. alii enim dicunt, illius esse privationis nitoris, et pulchritudinis animae quam pulchritudo est quod dicitur ponit ipse D. Thoma in conformitate ad legem naturalem, sive conversione ad lumen rationis. alii in supernaturali pulchritudine scilicet gratia qua quis redditur Deo gratum. Deinde alii adaequatam habitualis in predicta privatione constituunt. Alii superaddunt etiam

ipius actus peccati moraliter perseberantis, siue tanquam
termini connotati, siue tanquam primi distinctibus. His oibus modis
explicatur, et acriter impugnant PP. Salmanticenses, Lugo, Moriones
et Cur. Domin. Tom. 8. de peccatis videndi pro diversis ex offendendi
fendendi glaciis enervandis.

Nos huius opinionem impugnationem
duplici praesertim ex capite suscipimus. Primum, peccatum
habituale siue adaequate, siue inadaequate debet
distinctum tri. per id, sine quo nequit permanere peccatum
in esse habitualis; absque privatione gratiae intelligitur
permanere peccatum in esse habitualis: ergo neque adaequate,
neque inadaequate in illa consistit. Maior est certa.
Minor probatur, quia absque privatione gratiae, alterius vel formae
positive sanctificantis et pulchre facientis animas,
intelligitur peccatum veniale permanere in esse habitualis.
Ergo etc. Confirmatur hoc dato: aliquid datur ratione cuius peccatum
veniale dicatur habitualiter permanere transacto physice
mandato legis, vel quod non est privatio gratiae; sed dato illo
eodem, peccatum mortale periurii vel postquam transactum
physice est, dicitur habitualiter permanere: ergo absque
privatione inventa dicitur peccatum mortale periurii habitualiter
permanere. Maior nota est, quia aliter peccatum veniale
habituale, et gratia habitualis opponerentur privative
quod est plusquam absurdum. Minor probatur: quia dato illo
per quod veniale moraliter perseverat, datur formaliter sufficiens
perseverantiae habitualis communis quae utrique
peccato; siquidem in esse habitualiter perseverantis
utrique peccatum convenit. Veniale autem et mortale non
differunt per id per quod perseverant moraliter ~~perseverant~~
~~moraliter~~; sed per actualia peccata, quae praeterierunt ut
constat: ergo debitur id per quod dicatur peccatum mortale periurii

habitualiter perseverare, tanquam per signum sufficiens moralis perseverantiae.

9 2° impugnatur praedicta sententia: habituale peccatum auferri potest non ablata privatione gratiae, ergo in hac non consistit habituale peccatum. Probatur consequentia: quia privatio gratiae inadaequatum partibus habitualis distinctis est, sola qua auferibilis peccatum enim praeteritum, sive peccatum praeteriit auferri nequit. Probo consequentiam: quia si in puris naturalibus esset homo et peccaret, posset utique illius habituale peccatum auferri, licet tunc in eo statu esset vere privatus gratia de quo plures dubitant, quia in eo statu homini non esset debita gratia, et tamen licet tunc a Deo auferretur peccatum habituale, non tamen auferretur privatio gratiae ut est certum, cum in illo statu non sit homo ordinatus ad ordinem supernaturalem. Ergo etc.

2° probatur idem argumentum: quia adhuc in eo statu naturae reparatae et elevatae posset Deus remittere hoc peccatum cedendo iuri ad rationabilem aversionem, inimicitiam quae cum illo et ad punitionem illius absque infusione gratiae per peccatum praeteritum deperditae, ut communis nostra sententia docet. Quod enim prohibet, quod sicut homini remittere iniuriam potest alius illi qualitatem aliquam aut pignus amicitiae praebeat, sed quod illi positive gratiam reddat, posset et Deus. Itaque in tali casu peccatum habituale auferretur, non ablata privatione gratiae. Ergo etc.

Caput 2um

10 Verosimilior sententia opposita nostra eligimus. Communissima apud Nostros Doctores sententia docet, peccatum habitualiter formaliter et adaequate esse ipsum actuale praeteritum moraliter perseverans. Quod difficile est exponere, dicunt illud, moraliter aut per quod actuale peccatum consistere praeteritum.

moraliter perseberet, in varias explicationes abierunt. 1º docent plures cum Suario, et Bargosio apud nostrum Ouiedo disputatione citata puncto 3º numero 14 moraliter perseverantiam peccati esse ipsum actum de praeterito non remissum, et non retractatum per contritionem aut aliam mutationem condignam actus vel habitus. 111

Contra sunt haec duo 11

mihi occurrunt: 1um quod negatio retractationis requirat, at. Ratio est, quia ad hunc ponitur retractatione per contritionem, alia requiritur mutatione per actum aut habitum ex parte peccatoris non intelligitur destructum habituale peccatum, dum modo non sit satisfactio condigna pro peccato: ergo. Probo hoc antecedens: quod et probabilius mihi videtur opinione, cum peccato habituali componi potest esse absoluta retractatio peccatoris per contritionem, etiamsi sit sine sanctitate perfecta, nempe sine actu habitus gratiae sanctificantis. 2um quia quod retractet aut non retractet peccator offensam, nihil conducit ad perseverantiam moralem peccati in ratione offensae Divinae. Quod probo in aliis perseverantiis moralibus semel emisso voto, aut celebrato matrimonii contractu, sive homo retractet priorem voluntatem sive non, permanet moraliter obligatio voti, et contractus, donec ponatur legitima relaxatio aut commutatio aut satisfactio: retractatio quippe aut displicentia non extinguit vim obligationis voti, et contractus: ergo similiter permanebit moraliter peccatum in ratione offensae Divinae donec parcatur, aut Divina condonatio, aut satisfactio aequalis, licet detur, aut non detur ex parte peccatoris retractatio peccati, sive prioris voluntatis peccaminosae.

Per Ouiedo disputatione citata puncto 4º numero 33 12

deut peccatum permanere in re aliter in obligatione satis faciendi Deo pro iniuria ipsi illata, et licet num° 38 docuerimus, obligationem hanc satisfaciendi pro iniuria illata esse ipsam iniuriam, sive peccatum ut transactum, negatione satisfactionis condignae, sive actionis compensativae condignae pro tali iniuria, et negatione actus voluntatis Divinae remittentis peccatum et satisfactionem quae debita erat; adhuc ex unico capite mihi displicet huius authoris sententia, seu potius modus loquendi, quod requirit ad permanentiam moralem peccati quod detur in peccatore obligatio satisfaciendi pro iniuria, sive peccato ad equalitatem vel ad inequalitatem? si primum, fallitur: tum quia in pura natura obligatio satisfaciendi pro letali ad equalitatem non datur, quia ipsi impossibilis est: tum quia etiam si de facto detur fideiussor, scilicet Christus Dominus, qui potest satisfactionem ad equalitatem pro hominibus exhibere, adhuc si per impossibile nec daretur nec posset dari, duraret peccatum habituale absque obligatione atque remota satisfaciendi ad equalitatem, sive per satisfactionem propriam sive alienam: si secundum, contra: nam satisfactione ad inequalitatem homini possibilita tollitur ab homine obligatio satisfaciendi, et tunc theologi dicunt tollitur ~~peccatum~~ formaliter peccatum habituale, quod tamen eiusdem ut impossibile est absque satisfactione pure creata, et condonatione gratia gratum facientis: quia ablata illa obligatione maneret peccatum habituale: ergo in illa non consistit moralis huius permanentia.

13 Aliqui ingeniosi docuere peccatum habituale ut tale consistere in actuali praeterito et simul in negatione formae, per quam praeteritum peccati

in sua destruat, siue in negatione destructionis moralis peccati preteriti. Sed dicti vocis hac audio solu ... permanentie moralis diuersis terminis ... theologi explicatur per prata illius ... siue per ... per quam moraliter perseueraret peccatum preteritum. et non mihi efficax est quia dicere quod permanentia moralis peccati consistat in negatione ... aut destructionis moralis, idque est ac dicere quod consistat in eo, quod duret moraliter peccatum; sed dicere quod consistat permanentia moralis peccati in eo quod moraliter duret peccatum, est idque diuersis terminis exponere et non definire et explicare ... moralis perseuerantiae: ergo. maior est mihi certa: sicut dari talis ... aut destructionis moralis, est destrui permanentiam moralis peccati, ita non dari talis ... siue dari negationis destructionis, est permanere, siue durare moraliter peccatum: ergo dicere, quod consistat in eo, quod non detur destructionis moralis, est dicere quod consistat in eo quod duret, aut permaneat moraliter. quo nihil explicatur.

14 Sed aut ... quidam, se non petere negationis huius vel illius destructionis moralis determinate ... ad explicandam permanentiam moralis peccati, et negationis ... conformiter, et in distincte, quod destructionis moralis peccati potest esse multiplex, ... donatio Dei gratiae habitualis, visionis Beatificae, actus charitatis et ... peccatoris annihilatio: unum ... quod libet sufficiat et nullus requiratur, nullus determinate assignari debet.

15 Sed non placet: ... quod dent plura destructiba moralia perseuerantiae moralis peccati

iquod deum pluries fit per quas in orali peccati persev
erantia provit alterius et quod nullus positus sit, et quod n
posita sit ulla ex formis destructionis peccati habi
tualis. probo sic: et quod non sit posita ulla ex formis de
structionis peccati habitualis, et quod non sit destructus mo
raliter peccatus: et quod duret moraliter, explicat pro
hoc quod non sit destructus moraliter: in quo non explicat
forma vi cuius moraliter duret et vi cuius moraliter
extinguatur, de quo est quaestio. 2° quod si est illa forma non
destructionis moraliter perseverantiae peccati, in neg
atione collectionis omnium illorum distinctiter per reiterantia[m] mor
alis: qua collectione data durabit peccatus et qua
ablata, tollet. 3°: quod peccatoris anihilatio non est forma
destructiva moraliter peccati habitualis: aliter
peccatoris existentia esset forma partialis denominans
illius peccatoris: ut existentia petri est forma partialis de
nominans petri albus quod destructo petro eius non dal. quod
albus. tandem. quod si petrus peccator anihilaretur a
Deo, et postea reproduceret, quin inter cederit equa
lis satisfactio aut condonatio Divina, statim post re
ductionem, formaliter denominaret peccatus a bello peccato
praeterito: quod non accideret si intercederet satisfactio
equalis aut remissio Divina: ergo anihilatio ipsa non
est forma destructiva peccati.

16 Dicendum igitur cum obis est cum D. Arriaga
in l. 4 disp. 49 sect. 4 supposuit cum aliis qui clarius
et probabilius difficultates hanc diricuerunt, absolute
peccatus habituale formaliter, et metaphisice consistere in
peccato actuali praeterito et carentia duplici correl
ativae sumpta, Divinae scilicet condonationis et satisfac
tionis condignae; unde peccati moralis perseverantia

nihil est aliud quam preteritio physica actualis peccati et duplex supra dicta carentia: ante probationem
Nota, duplicem posse considerari permanentiam habitualis actus, aliam impropriam propriam aliam: impropria est, quando actus voluntatis physice extitit et non est revocatus ut si heri quis habuit voluntatem debendi Romam quam hodie non revocavit: et potest dici illam voluntatem hodie habitualiter habere: et haec quidem impropria habitualis duratio absque retractatione considerari non potest, etiam consideratione absoluta: quia illa nihil aliud dicit, quam actus preteritus non retractatus; alia est propria, et de qua loquimur, quando scilicet actus aliquis physice preteritus ita se habet in genere moris, sive in estimatione morali, ac si physice et actualiter existeret, in ordine ad aliquem illius effectum: durat enim moraliter illius actus virtus etiam si preteritus physice sit, ut in censu, contractu etc. et sic durat peccatum, quatenus non posita aut condonatione divina aut satisfactione equali reddit hominem dignum odio et poena ac si physice existeret peccatum in homine. 17
Probatur ergo conclusio generali ratione.
Primo precise positis et intellectis peccato actuali preterito et duplici illa condonationis, et satisfactionis condigne carentia intelligitur permanere moraliter peccatum sive manere peccatum in estimatione morali in ratione offense, ac si presens physice esset, in ordine ad fundandam condignitatem odii et displicentie divine contra peccatorem: ergo in his precise consistit consequenta peccati habitualis etiam. Antecedens probatur: quia non positis et intellectis aut satisfactione condigna aut divina condonatione, adhuc transacto physice peccato, censetur moraliter peccator manere dignus

displicentia Dei offensi, offensa quae ipsa sua dare ad huc rationabilem aversionem Dei adaequatae ut dictat. Deinde quolibet ex illis formaliter ablato etsi aliae reliquiae maneant, non intelligitur permanere peccatum habituale moraliter in ordine ad illud esse, quod est primarium peccati, ut per se patet. Ergo si peccatum actuale non praeteriit perseverare moraliter nequit. Dices. Si per nat. aequalis satisfactio formaliter tollit peccati perseverantiam moralem: quia scilicet debitum formaliter tollit per adaequatam solutionem: nec potest amplius manere ius in Deo offenso ad odium, et displicentiam post aequalem satisfactionem exhibitam. Ergo si condonatio offensae detur ab offenso, cedendo iuri ad odium, et displicentiam non manet iam offensa moraliter, quia cedente creditore iuri ad debitum, non amplius manet debitum, in aestimatione morali nec amplius dicitur homo inimicus et inimicus Deo: ergo etc.

18 Sed quia potest Deus condonare peccatori, et culpam suae offensae, cedendo iuri ad odium et displicentiam adversus illum, et poenam cedendo iuri ad illam infligendam, probabilis mentis, quae ex hac condonatione sufficiat ad tollendum habituale peccatum. Respondeo sufficere hanc et non illam. Ratio est: quia per primam tollitur formaliter perseverantia offensae in esse tali in ordine ad odium et displicentiam divinam fundandam, non autem per illam: unde est, quod post iustificationem et expulsionem culpae peccati maneat adhuc obligatio ad poenam, quia per remissionem peccati Deus non cedit iuri ad punitionem peccati: ergo offensae condonatio est quae sufficit ad tollendum habituale peccatum. Dices: potest Deus condonare poenam, sive cedere iuri ad punitionem

tory peccati, ò manente adhuc peccato habituali et offensa in roe tali, et hodio, displicentia quae Dei cum peccatoris, ut supra d.º scholij notabamus. Cum sufficit condonatio poenae ad delendum habituale peccatum. Ans. ditat, quam eo ipso, qd Deus cedat iuri ad punitionem peccatoris, cedit iuri ad hodium displicentiamque qua peccatoris voè offensae praeteritae et nò satisfactae.

Caput 3um

Obiectionibus satisfit. 29

Obijcies 1º. peccatum habituale è aliqd intrinsecum peccatori: at peccatum actuale praeteritum, et duplex illa carentia nò è aliqd peccatori intrinsecum: ergo peccatum actuale praeteritum et duplex illa carentia nò è adaequate peccatum habituale: maior pb. ab. oppositate peccati originalis, de quo in Tridentino sessione 5.a dicitur vere inesse parvulis, id è intrinsece in illis esse, aut per modum formae inhaerere. Confirmatur 1º. peccatum habituale est effectus peccati actualis: ergo peccatum habituale nequit esse ipsum actuale praeteritum. ans. ditat: quia ex eo qd homo actualiter peccaverit, oritur qd nunc sit habitualiter peccator. cõñ autem certissima videtur, quia effectus nequit eè idem cum sua causa, aliter esset causa sui ipsius. Confirmatur 2º. quia reipsa ponitur peccatum actuale datur reipsa peccatum actuale, et duplex illa condonationis, et satisfactionis carentia: at nunc ñ datur reipsa peccatum habituale ut è certum: ergo peccatum habituale ñ consistit in peccato actuali, et duplici illa carentia.

Resp. 20

Distinguo maiorem: peccatum habituale è aliqd moraliter intrinsecum peccatori, concedo maiorem, physice intrinsecum, nego maiorem: quia conditione minor ètiam accipienda sit. Equidem transacto physice actuali peccato nihil physicum

quod, si plures physici actus externi peccaminosi habent ex extractione unius moraliter volitionis peccaminosae, atque ordinantur ad consumandum opus aliquod moraliter unum, sunt unum numero moraliter peccatum; quod si ex pluribus moraliter volitionibus peccaminosis procedant, erunt plura numero moraliter peccata; probatur prior pars Resolutionis: quia unica illa volitio peccaminosa, unius operis illud opus, ad quod consumandum moraliter ordinantur illi plures actus, illos moraliter identificat: ergo sunt unum numero peccatum. Confirmatur, quia actus imperatus, et imperans, ex intentione medii, et intentio finis sunt moraliter idem et unus moraliter reputantur: propterea si opus illud intentum, et consumatum explicaveris in confessione, actus [illegible] peccatum exposuisti. Notabis tamen, verum esse praedictam doctrinam, quando actiones externae habent diversitatem specie moralem mutuo ab opere principali intento, ut si homicidium perpetretur ad finem adulterii vel intentum consumandum. Secunda Resolutionis pars probatur quia tantum actus illi externi peccata sunt, quatenus procedunt a volitione peccaminosa: ergo si ex pluribus et distinctis numero peccaminosis volitionibus procedant plura et distincta numero peccata erunt. Cesso dubium [illegible].

23 Ex hac communi Resolutione infertur, quod illae actiones, aut verba, quae in eadem moraliter occasione et sub eadem intentione fiunt, aut proferuntur, esse unicum numero peccatum; unde qui adversus aliquem in eadem occasione eodem irae aut vindictae impetu aliquem volavit plures, [illegible] dicens, combinarius esse unus commisit

peccati. Similiter qui re[illegible] quater aut quinquies peierat in eadem occasione. Et qui pluribus vicibus eodem impetu irae clericum percutit, unicum quoque istis excommunicationem incurrit. Item qui plura in eadem occasione verba turpia et amatoria ad feminam solicitandam proferat, aut pluries illam ex eodem fine turpiter tangat, et saepe osculetur, quia omnia haec unam moraliter solicitationem aut turpiloquium efficiunt.

25

Colligitur inferri, oscula, turpia verba, tactus quae antecedunt et subsequuntur eandem copulam esse unum numero peccatum: quia omnia haec ab eadem numero volitione in ordine ad eandem copulam complendam oriuntur: subsequentia enim sunt omnia de copulae complementa, nisi ordinentur ad aliam copulam, quae tunc ad illam pertinerent, distincta quoque erunt peccata a praecedentibus illam copulam. Hinc infertur quod liberè docuerit Machael Zanar. Annotationes Dominicanus Retinens ad [illegible] num. 104, et impugnatus a Diana [illegible] tract. 5° [illegible] 43, et 49; eum qui tota nocte cum amasia dormierit, unum solum numero peccatum committere, licet plures consummatas copulas sub eadem voluntate per totam noctem habuerit: unde infert, non teneri in confessione explicare, quot vicibus idem acciderit, et satis facere si sub hac forma indistincte dicat, feci quod potui cum tali femina cum qua per totam noctem dormivi. Vere quae rejicitur ab omnibus, quia quaevis ex illis copulis est completa intra suam speciem et [illegible], et una [illegible] alterius nec ordinationem aliquam habet, nec complementum est: et distincta moraliter est, quae liberè distinctum numero peccatum. Aliter qui eadem nocte et cum grabatio furta committeret, unum

solus peccatum remitteret; scientia vero hic illi non volunt
facere distinctionem quantitatis gravis.
Consequenter dicitur
29 iudico cum Diana citato numero L6S, cum Bassaeo
Palao et Bonacina ab ipso Diana citatis, confessarium
qui in peccato mortali existens continue et sub una
absolutione plures confessiones et absolutiones plures in parando
sacrilegia numero distincta peccata committere. Ratio est, quia
quaevis absolutio est in sua specie completa, distincta,
et adaequata, quamvis connexionem aliquam habeat cum una
absolutione alia: ergo tot peccata committit sacerdos
in lethali absolvens, quot sunt absolutiones,
quas etiam continuate impendit. Cum sicut copulans
tale pluries copulans cum eadem femina, et in eadem
occasione continuate habitans, cum quo dicit pluries
non videatur peccare, quia continuatio non facit unire
inter se actiones externas esse completas et esse inad-
aequabiles et esse inconnexas scilicet graves. Oppositum
cum Lugo disp. de Poenitentia, et Diana p. 5
tract. 2 resolut. 43 oppositum docere. Manet
tamen, aliter iure sentiendum esse de sacerdote, qui
simul et eadem occasione pluribus eucharistiae sacra-
mentum continuate ministrat, (sive hoc ex se lethalis culpa
sit, quod negat probabilior multi sic) quia talis sacerdos
in confectione, quae propterea ministrat, sive porrigit sa-
cramentum, [illegible] non videtur iterari magis sacra-
mento irreverentiam) quia unus tantum numero peccatum
committere censendus est: quia illae externae ministrandi
actiones ordinantur ad unum integrandum convivium, cui
plures simul accumbunt; ergo [illegible] quae una
censetur moraliter actio externa.

An et quando unus physice actus possit esse plura numero peccata? 26

Certum est ex supra dictis ... quando ea de actio vel una eius defectus, et conditionis feminas aut habere res ex eadem ... desiderat quatuor hominibus mortem eodem actu, aut actione eadem quatuor eiusdem conditionis homines occidit. Dubitatur an actus iste physice unus habeat unicam numero vel multiplicem malitiam moralem numero distinctam scilicet tot malitias, quot sunt numero homines, quos occidit, aut occidere desiderat, quot sunt feminae, aut ... quas complectitur? et supponit obiecta in quae fertur actus solo numero moraliter differre, nam si ex feminis ... alia sit coniugata, alia voto castitatis ... sacra, si inter homines quos desiderat occidere, aliquis sit ... clericus, certum est, non solum plura numero sed etiam plura specie peccata esse unicum illum actum.

Duplex 27

Oppositae sunt hac super difficultate opiniones de doctoribus nostris: 1a docet, unicum tantum numero esse peccatum, neque multiplicari numero peccata propter individuationem obiecti multiplicem actionis: ita docet Suarez disp. 22 de poenitentia sect. 5a ... Fagundez in ... Ecclesiae praecepta lib. 3 cap. 5 Bonacina et alii apud Dianam part. 3 tract. 4 resolut. 64 et plures ex Dominicana familia apud ... Moran in suis Selectissimis disputationibus.

2a opposita quae sola docet tot esse numero peccata actus illius, sive ut loquuntur ... tot esse in illo actu malitias morales numero distinctas, quot sunt obiecta in quae actus tendit. ita docet Vazquez 1a 2ae

Aug.to 75 cap.e 2. Salas Azor, Turrianus, Granado, Enriquez, Castropalao et alii, quos citant et sequuntur Diana loco citato, et Our. 3 tom. 3.a, puncto 6.o num. 123: conveniunt tamen utrique quia ipsi Patres, explicandum esse in confessione numerum obiectorum, vel quia numero distinguunt malitiae, ut ipsi authores docent, vel quia confessarii tenemur individuum peccatum, nec confessarius intelligeret peccatum aliquid numero diversum, vel quia videcent sicut ait Laiman, et alii, circunstantiae notabiliter agravantes explicandae in confessione sunt.

Vera probabilior mihi est, et probatur: quia obiectum peccaminosum et consequens nequit non habere plures malitias morales numero distinctas nequit intentum non habere plures malitias morales numero distinctas; et obiectum multiplex moraliter actibus consequentibus nequit non habere plures malitias morales numero distinctas: ergo nequit non habere intentum plures malitias numero distinctas: ergo in eisdem actibus plura obiecta peccaminosa numero distincta intendentis multiplex malitia moralis numero distincta reperiendi. Minor silogismi ab adversariis non negatur: probatur maior: quia obiectum peccaminosum consequens nequit non habere plures malitias morales specie diversas, nequit intentum non habere plures malitias morales specie diversas. Ergo similiter quia obiectum et consequens nequit non habere plures malitias numero distinctas. Antecedens constat ex copula coniugata, et in intentione eiusdem copulae. Consequentia vero: quia tenentur plures malitiae morales specie distinctae consequentes nequeunt non esse plures specie malitiae intentae, quia plures malitiae specie distinctae nequeunt

in vnã specie moraliter coalescere, nec identificari moraliter, et neque plures malitiae num. distinctae ex sequuto possunt moraliter in vnã coalescere, nec identificari moraliter, et pr. in duabus copulis cum eadem, eiusque vi eiusdem intentionis, et absque inter ruptione habitus: quae intentae nequiverunt non esse plures numero malitiae distinctae.

Probatur hoc 1°. quia actus externus, et 29
internus efficax eadem indivisibiliter in genere moris malitia inficiunt: constituunt, et implent vnum et idem moraliter: quae si in occisione trium aut in triplici copula datur triplex malitia mor[a]lis externa num. dist., actus internus efficax in tri[plici] illa externa malitia num. dist. tendens habebit triplicem malitiam num. distinctam: aliter ex actione interna et externa non fieret vnum quid in genere moris. Probatur 2°. ratione: quia si actus intendens efficaciter tres copulas cum eadem non haberet triplicem malitiam moralem num. diversam, ipsae copulae sub illa intentione habitae non haberent triplicem malitiam num. diversam, cuius oppositum docet Suarez et cum eo Religiosi. Probatur illatio: quia si actus intendens eas triplices copulas nullam haberet malitiam moralem, ipsae copulae sub illa intentione habitae nullam haberent malitiam moralem: quae si actus intendens eas triplices copulas non haberet triplicem malitiam moralem num. distinctam, ipsae copulae sub illa intentione habitae non haberent triplicem malitiam moralem num. distinctam.

Dico: actus quo quis intendit, seu 30
cum eadem familiae personas, quarum numerum ignorat occidere

n hec tot numero malitiae, quot sunt personae fa
miliae. Et idem actus quo quis intendit occidere
infinitos homines n habet malitias numero infini
tas: quia n sunt tot numero malitiae actus intentioni
quot sunt numero obiecta intenta. hoc amplius habet
evidentius dato, sicut quod in actu, quo quis concupiscit
indeterminate plures mulieres in aliis specie distinctas. concedo quod
omnes grandi utrique parti, et totum nego. quia actus
illi tendunt in malitias obiectorum attingendo obiecta
per modum unius, quae conveniunt et ab imaginatione; n
autem attingendo obiecta plura, ut plura expresse,
ideo quod actus illi unius numero tantum malitiae
ex obiectis per modum unius attracte, et n distinguendo
obiecta inter se, contrahunt, contra vero actus plura
obiecta pecca minora ut talia numero distincta attingit,
quod in re malitias numericas contrahit.

32 Sic
autem qui dicunt intra eandem speciem peccata aliqua
plus quam numero diversa, ea scilicet, quae habent
circumstantias notabiliter aggravantes, aut mi
nuentes malitiam: ut furtum viginti regalium et furtum
centum regalium: pro quo sciendum est, alias circumstantias
addentes novam speciem malitiae, ut votum aut matri
monium in copula illicita, et alias n addentes,
sed augentes, vel minuentes intra eandem speciem, ut furti.
primae circumstantiae addunt novam speciem, quae afferunt
aliquid ex parte supra numericam diversitatem specificam.
secundae autem n afferunt, praecise aggravant, vel diminuunt.
quod si afferant circumstantias mutantes speciem, dummodo
n sit circumstantia habens gravitatem moralem
sufficientem scilicet moraliter ad peccatum mortale

feodo reputas, et circumstantia precise aggravans, et non debitalis moralis, quae superaddit, non necessario in confessione aperienda est. Vg. furtum rei non sacrae factum in Ecclesia, copula illicita feria 5.a et 6.a maioris hebdomadae, aut die communionis. circumstantiae notabiliter aggravantes non esse necessario in confessione explicandas plures docent cum P. de Lugo disp. 16 de poenitentia et alii apud Dianam pluribus suarum partium locis.

Disp. 8.a

De peccatoris subiecto.

Operosum hoc est discernere an peccantibus realiter potentiis vitalibus creatis in se, et ab anima, an subiectum potentiae in voluntate vel in anima recipiantur peccata. Nobis autem eas in se et cum anima esse identificantibus statim dicendum est 1.o. effective in sensu reali peccatum, quod proprie recipit scilicet commissionis, recipitur in anima et in omnibus animae potentiis. Et probatur quia haec sunt una realiter entitas omnimoda identitate reali. dicendum est 2.o: loco in sensu formali peccatum quod proprie recipit scilicet commissionis recipitur in ea potentia cuius est formaliter actus et exercitium vitale. probatur. quia omnis actus vitalis recipitur formaliter in ea potentia quae vivit formaliter in actu illo per ipsum actum. Sed omne peccatum quod proprie recipitur est actus vitalis, vel actus eius positivus prout libere: ergo omne peccatum recipitur formaliter in ea potentia cuius est formaliter actus et exercitium vitale. Sic ergo est, quod actus voluntatis peccaminosi in voluntate, actus intellectus, ut iudicia temeraria, haereses, et actus in interiore tentationes

propter libere admissae in appetitu sensitivo visiones auditiones &c. per consequentiam actus qui in ceteris sensibus & aliter loquendo recipiunt quae dicta a nobis in lib. de anima de subiecto actus vitalis malitiae. dicendum 3o. peccata que proprie non recipiunt, omissiones peccaminosae in ea potentia improprie dicuntur recipi, cuius actu positivo privabuntur. Ratio est: quia licet illa potentia dicitur suo in proprio modo habere privationem sui actus moraliter debiti, quae illa privatio est peccatum omissionis; ergo hoc in illa potentia cuius actu positivo privatur improprie recipitur.

2 His actis facilius est disputationi, et quae plura hic de possibilitate agitantur, quatuor precipue dubia vel rationes breviter solvendas esse existimo. Primum est, an sit possibilis creatura mere intellectiva, quae possit peccare, et esse subiectum peccati. supposita possibilitate creaturae intellectivae et non volitivae, quam in lib. 3o de anima stabilivimus nulla in hoc mihi occurrit repugnantiae causa, quia posset talis creatura aliquando cognoscere assensum aut dissensum de obiecto per apprehensionem cognitivam et subsistente pure probabili, libera sit ad eliciendum assensum ita libera ad eliciendum, et non eliciendum dissensum pariter, atque quod se determinat ad unum extremum potius quam aliud sicut modo ex imperio aut affectione propria voluntatis determinari solet intellectus. Deo ergo imponi tali creaturae preceptum de non eliciendo assensu, aut dissensu, quem libere potest elicere; nunc potest non parere praecepto; ergo et peccare. Dices esse de ratione quod strictius in metaphysica disputavimus

si Angelli libertas in intu reperibilis eet, A facto in intu Diuino, in quo omnis perfectio dari reperi- ret. nego illationem: quamquam sine imperfect reperiretur libertas in intu, vel quia talis libertas eet ...ad ...um ...ndus ...itus, vel quia tali intui ... ... evidenter obiectis, vel quia ... et medius cognoscendi obiectus esse imperfectus eet scilicet discursus ...

Difficultas est, an sit ... subiectis in hac prouidentia quod habens peccatum originale, veniale aliquod patrare possit ante mortale ita quod veniale cum solo originali in eodem subiecto reperiatur. Negant Thomistae cum D. Thoma ... quaest. 89 art. 6 ... D. Thom. scholastici affirmant omnes, ... apud ... 3 ... puncto ... S. 144. affirmatibus ... probamus ... inter mortale et veniale nullus dari ordo ... dependentia ... cuius in adulto existenti in originali mortale debeat praecedere, et non possit veniale committi ante mortale hoc est si quis ... offerre occasionem ... mentiendi in re leui ... peierandi, aut aliud graue peccatum committendi. Ergo veniale cum solo originali ... ... potest. ... puer ... originale habere potest et ... imperfectus usus rationis ... malitiae ... ... usum rationis ... augeri, neque statim perfectum esse ... experientia ... ... talis puer sub imper- fecto rationis usu, et deliberatione ... malitia ... veniali et non mortaliter peccabit ... ... regulis ... cum puer ille cum originali et veniali e viuis excederet ... remitteret? ... ... in limbus, ubi aliqua poena ... temporali ... potest.

4 Propterea Thomistae sequentes doctrinam quae dat difficultas D. Thomae de cuius hominis teneri in 1° instanti usus rationis, se ad Deum convertere, illudque super omnia diligere, quod si praestet, se justificabit et ab originali ~~mun~~ mundabitur, atque adeo veniale post mortem omnium cum originali non conjunget, si vero omittet peccat mortaliter in 1° instanti usus rationis. Consentit quae veniale sequitur cum mortali, et non cum solo originali conjunget; sed imprimis tale praeceptum pro illo 1° rationis instanti non dari, quod eius observatio sit moraliter impossibilis; quia, ut aliqui docent, et Suarius videtur moraliter incredibile, 1° quod nulla potest esse obligatio gravis moralis cuius nullus puer potest plene instrui; sed nullus puer plene instrui potest de tali praecepto 1° rationis usu instanti urgente, cum ante hujus instans usus rationis instructionis incapax est puer: aliter ante usum rationis haberet usum rationis: 2°

5 quod nullus puer potest moraliter advertere de nam- hoc praecepto adimplendo; quis enim puer unquam novit quod incipit hujus instans usus rationis super: et nulla datur talis obligatio, quae bene notante P. Sanchez lib. 1° in Decalogum cap. 33, repugnat suavitati divinae legis cum adeo graviter urgeret in tam tenera et imperfecta aetate. 3° quod impossibile moraliter est in illo 1° instanti concurrere omnes causas ad justificationem; fidem scilicet de omnibus articulis necessario credendis usque tum cum aliis quae actus quos assignat Tridentinum uti necessarias dispositiones ad justificationem. Deinde supponendo tali praecepto, quid vetat quod detur in puero ignorantia invincibilis de illo pro illo instanti rationis. Deinde, quid vetat quod puer ille pro-

ex illo intento iudicet invincibiliter errare, quod illud preceptum solum obligat sub veniali; hoc autem permittente errore solum venialiter peccare puerum omittentem actum amoris, planum est. Tertio difficultas est 6

utrum sit possibile subiectum, quod sit capax peccati mortalis, et minime venialis? Affirmant doctores aliqui, quod melius sentire iudico negantes. Ratio mihi est: quod peccatum venialis dicta veniale vel ratione materiae leviter obligantis, vel ratione imperfectae advertentiae et obseruationis circa malitiam obiectorum, si nequis possibilis creatura adeo perspicax ac vigilantis ingenii ut nunquam natura sua sit imperfectae advertentiae circa malitias; licet ex hoc capite veniale patrare non possit, non tamen poterit circa res et leges leviter obligantes sub plena et perfecta advertentia se exercere, et peccare venialiter? Item si alia excogitetur creatura adeo hebes, obtusa, quae solum malitias graves percipiat et minime leves, cur hec non poterit malitias graves perfecte et imperfecte cognoscere et leviter, venialiter que peccare? ~~[illegible]~~ 7

4a difficultas an sit possibilis creatura venialis capax, et mortalis incapax? Affirmative dico, quia non repugnat creatura aliqua ita imperfectae et limitatae advertentiae et deliberationis circa obiecta peccaminosa, ut nequeat habere plenam advertentiam malitiae gravis necessariam ad peccatum grave; semiplenam autem habere possit et sufficientem ad peccatum veniale: ergo possibilis est talis creatura. Vide Philippum a Gesu doctorem 13 ante supernaturale ex aliis capitibus 9 statuentes tales esse possibiles

Diss. 9a

De causis peccatorij.

Malis fralis efficiens et moralis peccatorij causae considerare possumus, materialis illa est quae peccatus a se phisice et vitaliter productus in se per phisicam unionem recipit de qua in anti disp. egimus. Fralis est ea quae constituit malitiam moralis in eo talis, et de hac 1a et 2a disp. inquirimus ubi omnia constitutiba malitiae moralis in communi et specialius malitiarum assignavimus. efficiens ea est, quae per phisicam influxus producit actus peccaminosum, sive internus sive externus et quodcumque principium ad illud per influxum concurrens voluntas scilicet, intelectus sensus interni, et externi, habitus et demus Deus ad formale etiam peccati phisice concurrens. moralis causa illa est cui peccatus ex modo procedendi ab ipsa; imputatur ad vituperium et poenas. His ita praesuppositis aliquot remanent dubia decidenda.

Dubitas 1o. an ad omne peccatus concurrat, vel supponat ipsius quae causa fralis error aliquis ex parte intellectus communis veterum Phorum et Theorum, ex affirmativa stat apud dn. Balquez disp. 174 et Thomistarum apud Oviedo tract. 6o disp. 5a. negant absolute Suarez de pecc. actis disp. 5 sect. 1a, Gaspar Hurt. et alii Oviedo num. 44 concedit in omni peccato reperiri defectus aliquis ex parte intellectus, ignorantiae scilicet motibus efficacius retrahentibus a peccato. Verus quidem hoc est, ceterum talis defectus non est error intelectus hic quippe est falsa sententia cognitio, est autem defectus ille ignorantia, sive non cognitio motibus quod de quo diversus est ab opposito dubitationis.

Tu dico dicendus ad omne peccatus concurrere ex parte intellectus errorem practicus non vero speculativum

O.io ad frale pecci adq Deus etiam peccaxi

Probatur 1a pars, quia ad amare peccatum concurrit cognitio proponens complectendum utilitatem aut delectabilitatem obiecti, quod alias deberet non complecti, ~~dubitat~~ dictat quippe ratio obiecti inhonestatem aut prohibitionem, et haec cognitio est quidem error practicus sive in ordine ad operationem: ergo. maior est certa cum amare nequeat voluntas obiectum peccaminosum, nisi utilitas, delectabilitas, bonitas vel alia per cognitionem illi proponatur. minor probatur, quia cognitio proponens complectendum id quod contra regulam non complectendum non est, se habet in moralibus, sicut se habet in agibilibus cognitio proponens faciendum id quod contra rectam regulam artis dictam artis faciendum non est, et hoc est errare in ordine ad operationem, sive falli practice. ergo est error practicus. in hoc sensu ait Psalmista errant qui operantur malum, et in eodem predicti illi sapientiae 5o clamabant seu ~~[illegible]~~ deplorabant potius: ergo erravimus a via veritatis.

Probatur 2a pars:

quia sub cognitione vera et certa de utilitate et delectabilitate obiecti de illius malitia et inhonestate morali et sub iudicio vero et certo quod obiectum delectabile est tractandum et fugiendum ad huc admittit peccatum, ut ipsa testatur experientia, quin actum aliquis speculativae falsum admisisset, imo potius saepe quis cognoscens tales actus in continentiae esse contra rectam rationem, et minime expedire, illum exequitur. hoc pacto Angelos perspicacissimi intus peccasse docet Suarez, et Arriaga extendit ad animas rationales separatas, satis de[ficien]s polli. ergo non requiritur error aliquis speculativus ad peccatum.

Dubitatur 2o, an ignorantia aliqua

sit causa peccati? in hac re latissimus est Dnus ignorantiam dividens et sub dividens. breviter dico triplicem ignorantiam presertim dici, antecedentem, comitantem, et subsequentem. Ans illa est, quae datur ante omnem actum voluntatis, et ante omnem eius libertatem, ita quae nullo pacto voluntas potuerit illam impedire. Comitans dicitur illa cum qua fit actio, sive quae comitatur actionem, et non requirit liberum voluntatis ignorandi. consequens dicitur quae requirit liberam ignorantiam voluntatis. 1o hoc dico, ignorantia antecedens excusat a peccato, consequenter quae non est causa peccati. probatur quia ipsa ignorantia nequit esse in se peccatum cum libera non sit, neque effectus ex illa procedens potest esse liber, cum ex ignorantia non libera procedat quae ignorantia removet scientiam requisitam ad libertatem moralem, sive scientiam requisitam ad libertatem moralem, sive scientiam cognitionis ut honestatis aut inhonestatis. ergo neque in se neque in causa actio procedens ex ignorantia antecedente potest esse peccatum.

Dico 2o. de ignorantia comitante actionem et non sequente voluntatis liberum ignorandi, similiter excusare a peccato propter eandem rationem, quia removet inculpabiliter omnem usum libertatis scientiam, sive scientiam requisitam ad libertatem moralem faciat quod peccatum non sit voluntarium et voluntarium saltem indirecte cum non sit cognitum. Dico 3o. ignorantia consequens est causa peccati, patet quia talis ignorantia libere habita est in causa quominus actio incaute fiat, et cum periculo exercendi actionem peccaminosam, et hoc sufficit ut actio ex illa ignorantia procedens sit peccatum. ergo. Exemplum proponit Suarez in eo qui dubitat an sit homo in eo loco ad quem sagittam emittit, si enim sub hoc dubio sagittam emittat incaute operat, et peccat; quia non debebat sagittam emittere quo

vig.

usque dubium deponit, et aliter se exponit libere periculo transgrediendi hominis, ità similiter se habet qui sub ignorantia vincibili peccatis operatur. Ubi ter haec duplex prior ignorantia dicitur invincibilis, et inculpabilis excusans que non solum à culpa, sed etiam à quibusvis poenis peccato annexis, posterior autem culpabilis, et vincibilis, et non excusans.

Dubitatur 3º an et quare Deus concurrens physice ad peccatum non sit absolute causa peccati, sive causa moralis illius? Deum ut causam et Authorem peccatorum infamarunt impudentes heretici, tum antiqui cum Simone Mago, tum moderni cum Lutero et Calvino contra hos stabilita est in Tridentino sessione 6ª Canone 6 chatolica veritas verbis his, si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ità ut bona Deum operari non permissive solum, sed etiam proprie et per se anatema sit. Deinde si Deus esset causa peccati moralis, vellet peccatum, deinde ex hoc sequeretur peccatum non esse peccatum, quia nemo peccat faciens id, quod Deus vult fieri. Rationes autem quibus probatur Deum concurrentem physice et positive ad peccatum eius que formalem malitiam non positive concurrentem non esse causam moralem peccati, supra abunde tradidimus disputatione 2ª questione 2ª num. 89 quas Reiterare prolixo ne actum agamus. [margin: pro ad malitiam peccati positive concurrentem]

Dubitatur 4º: An Deus possit esse causa intentiva et productiva actionis maliter peccaminose, quae non esset actuale peccatum nullique imputaretur ad culpam &c an hodiernis Dei sint mendacijs alijsve actus intrinsece mali, et qui excusari nequeunt à peccato formali, nisi ex defectu

libertatis possunt in voluntate, vel in subiecto per illos indenominabilis v.g. lapidem produci à Deo et hoc

Oviedo à num. 43 refferens negative sanctum Montoiam et affirmative plurium aliorum prosequi ex nominalibus. Dicendum indico si tale odium ita producatur ut vi illius denominet subiectum hodio habens Deum nequit Deus intendere nec producere talem actum formaliter peccaminosum, si autem taliter producatur, ut vi illius subiectum nullum denominet hodio habens Deum, potest utique Deus illud intendere, et producere se solo, aut simul cum subiecto indenominabili.

Probatur prior Resolutionis Pars, quia obiectum hoc Deum odio habet, subiectum odio habet Deum, ex se, et intrinsice malum est, et recte rationi dissonum: ergo si Deus esset causa intentiva et effectiva obiecti illius, esset causa absolute authoritatis quod ex se et intrinsice malum est: ergo peccaret Deus. patet hic consequentia, quia libere vellet, intenderet et poneret scienter aliquid intrinsice et ex se malum. Confirmatur, quia licet voluntas physice non produceret odium, aut sine libertate illud produceret, dummodo constitueret actum odio habens Deum, adhuc hoc obiectum esset intrinsice malum moraliter: ergo si Deus esset illius causa moralis intentiva, esset causa moralis obiecti intrinsice mali, consequenter quae peccaret nihilominus, quia homo qui esset causa intentiva pollutionis absque libertate et malitia morali exercite ab amante, quia illa est ex se intrinsice mala.

2a Resolutionis Pars probatur, quia tota ratio malitiae intrinsicae quae datur in odio Dei est quod Deus hodio habeatur et subiectum odio habeat Deum, at si ita odium Dei producatur, ut vi illius nullum subiectum denominet odio habens

Deum, o[mn]is illius malitia in[tri]ncecà tollit, cu[m] potest ita Deus
etiam intendere et p[ro]ducere se solo qualitates odij Dei:
pt hec o[mn]ia, q[uod] ablata tota malitia illius odij n[on] e[st] cur
Deus nequeat illud intendere, et p[ro]ducere, ut in
lapide, aut in volunt[at]e o[mn]i taliter n[on] occurrente X[ri]a ntrà
p[ro]pria in libris de anima, d[ic]etiq[ue] amplius int[er] peccata nobis
versari n[on] licet, q[ui]b[us] hoc annum gratis, et decorum erit
peccatis scilicet finem imponere, si plura delinquimus
labilis n[ost]ra ip[s]ius conditio, et p[re]liviis vestra venignitas
spem impetrandæ veniæ Auditissimæ prestolant[ur] in dulce
ete quidq[ue] Auditores ingenui, d[ic]ne quero Divinum
æmulantes ita peccatis doctrinæ nostræ parcatis, ut
illorum amplius n[on] memineritis, nam teste martiali non
scribit cuius carmina nemo legit seu ut verebar quoddam
n[on] peccat cuius carmina nemo videt. si quid
autem spongia n[on] dignum expressit Calamus
in laudes refferte o[mn]ipotenti Deo eius
que, que peccatum nescivit inteme-
ratæ Virgini genitrici Vale
Cor[duba]e die Apostolorum Prin-
cipum pervigilio sacra
anni Domini 1673.
Pax X[rist]i.

Adsit mihi SS[ma] et in[com]prehensibilis Triados
Per filius et Sp[iritu]s S[anct]us in cuius honorem
Hæc o[mn]ia cedant, in laudesque eximiæ
celestis mentis Magistræ Divinæque
Sapientiæ genitricis Mariæ ab ipsa
peccato originali conceptæ et in coelos assumptæ
Scribebat P. Didacus de Vestanga et Enamilla.

INDEX DISPUTATIONUM

et Questionum et capitorum

que in hac m.a de peccatis continent.

DE PRECEPTIS Charitatis

Disputatio Moralis.

Commentarij in 2a 2e D. Thome Aquinat. 25a Ad 44as.

Opus Beate Marie semper Virgini
absque primevo originalis
peccati labe concepte
ex tota anima Sacrum.

Scribebat D. Didacus de Berlanga et Esca-
milla, Virginis Deipare in Coelos Assumpte.
Purpurea thoga illustratus
Magistro R. Rmo. P.e Ignatio de Barcas
e Societate Jesu in collegio Cordu-
bensi D. Chatarine Virgini
ac perillustri Martiri
Sacro.

Anno Domini Cernenti Salutis. 1673.

Moralis Theol. scopus est actiones humanas dignoscere
pravas que a bonis secernere. ad hoc nisi magno opere
conducit Divinorum preceptorum expositio, et intelligentia, qua
[illegible] illustrat, et a quibus tenebris errorum operationum
qualitas fit manifesta. illud Psalmi 18, preceptum Dom-
ini lucidum illuminans occulos: sicut enim in media luce
colores discernimus, ita moralium actionum honestatem, aut turpitu-
dinem si preceptis Divinis conferamus, plane cognoscemus; cum ergo
Theologiae moralis munus ex obedientia susceperim, precepta
charitatis que maxima sunt, et nobilissima exponere
et contraria illis vitia exponere placuit, tum ob istius rei dig-
nitatem, et excelentiam, tum quia graves, nec iniucundas ad praxis
quaestiones complectitur, tum denique quia rarum, aut fere numquam
res ita divinae prelectionibus solet a modernis magistris pro
dignitate tractari.

De hoc Argumento Agunt Theol. Scholastici cum
Magistro in 3° dist. 27 et cum D. Thoma 2a 2ae a quaest. 23
ad 44. cum enim preceptor Angelicus per duas anteriores
quaestiones, easque subtiliora, et mere Scholastica sunt de
charitate exposuerit, gradus deinde facit ad difficul-
tates practicas, et morales declarat quae per obiectum precepta
charitatis, et peccata illis opposita utique tenere, et fu-
gere ex charitate debeamus ostendat. de hoc etiam
Argumento omnes scriptores rerum moralium summatim variis in
locis, et presertim in expositione decalogi.

Totum igitur in
quatuor disputationes partimur, 1a erit de existentia, et
natura preceptorum charitatis, 2a de ordine in adimplendis
preceptis charitatis servando. in 3a de effectibus tam internis
quam externis charitatis dicemus. in 4a denique disp-
utatione de vitiis, seu peccatis, quae opponuntur charitati

agendum est

Disp.° 1.a

De existentia, et natura preceptorum charitatis.

Ex divisione diligibilium, seu obiectorum quae ex charitate possunt, et debent amari precepta ea charitatis dividunt quadrupliciter alio precepto tenemur diligere Deum, alio diligere nos ipsos, et alio tandem tenemur diligere proximum, de singulorum existentia et natura, et quo tempore, et circumstantiis obligent in hac disputatione dicemus, quoniam vero charitatis alia est habitualis, alia actualis, premittendum censuimus quaestionem de precepto charitatis in communi, quae locum aliquem dicendis preferat, et preservet exponat, quae sit charitas, quae cadit sub precepto, de qua solum per totum annum acturi sumus.

Quest. 1.a

De precepto charitatis in communi.

Sectio 1.a

Premittitur aliqua notitia charitatis.

Charitas apud Scripturas latinos idem est, quod amor, seu dilectio; haec enim tria solum sillabis differunt, sicut enim idem est sibi, vel alteri charum esse dicitur, ita se vel alterum diligere aut amare; differentiamque nescio quam aliqui excogitabant inter amorem et dilectionem, quippe asserebant amorem esse prosecutionem mali, dilectionem vero prosecutionem boni, ita ut amor semper sumeretur in malum, dilectio vero semper in bonum. Hanc distinctionem amoris a dilectione in sequentem merendum placitum 3 fratrum refert, et impugnat D. Augustinus tomo 5. lib. 14. de civitate cap. 1.° ut erroneum, id quod verissimum est, scilicet amorem et dilectionem ferri posse in bonum, et in malum morale.

Consequenter ex dictis patebit discrimen inter charitatem, et amorem, quod amor, ut diximus, indifferens est ad bonum et ad malum moraliter; charitas vero apud Theologos non significat amorem quemcunque, sed amorem conveniens objecto, et bonum moraliter, ideoque charitas virtus est. quoniam vero non quilibet amor etiam honestus charitas est in acceptione Theologorum, sed solum ille amor, qui fertur in Deum propter ipsum, aut in creaturas propter Deum, ideo ex D. Augustino lib. de moribus ecclesiae cap. 11 aliqui explicant charitatem per hoc quod sit virtus, qua Deum propter ipsum diligimus et digni efficimur illius amore. Communior vero charitatis explicatio desumitur ex S.to Thoma hic quaest.e 23 asserente charitatem esse virtutem, qua Deum propter se ipsum super omnia diligimus et reliqua omnia propter Deum. De charitate ergo in hoc sensu accepta disputamus.

Amare autem Deum propter ipsum est illum amare amore benevolentiae, quae distinguitur ab amore concupiscentiae in eo quod amor benevolentiae habet pro motivo bonitatem personae amatae, amor vero concupiscentiae motivum habet utilitatem vel convenientiam ipsius personae amantis; utriusque amoris motivum reperitur in Deo. Deus enim potest considerari quatenus in se bonus est et dignus amari propter bonitatem suam intrinsecam et absolutam. potest enim considerari Deus quatenus bonus nobis est, seu quatenus potest creaturis rationalibus conferre Beatitudinem et alia dona supernaturalia et naturalia. sub priori consideratione movet Deus amorem ~~concupiscentiae~~ benevolentiae, sub posteriori vero consideratione movet amorem concupiscentiae. charitas ergo debet esse amor benevolentiae erga Deum, seu amor, qui habeat pro motivo bonitatem intrinsecam, et absolutam Dei independenter

a ɔmodo vel in ɔmodū nostro.

5 Sed Nota adhuc discrimen venebolentiæ ab amititia, licet enim omnis amititia sit benevolentia non tamen è contra. discrimen autem stat in eo, quod amor benevolentiæ præcise habet pro motibus bonitatem intentam, et desideratam personæ amatæ, ita Deus amat peccatores, cui intendit dare gratiam et Beatitudinem non quod peccator bonus est; sed ut sit bonus, et de hoc amore benevolentiæ intelligendus est S. Thomas asserens, Deus plus diligere eos creaturas cui plus benefacit, amor vero amititiæ habet pro motivo bonitatem iam existentem et presuppositam in persona amata et hac ratione Deus amat hominem iustum, non ut faciat illum iustum, sed quod iam bonus et iustus est quare porter amititia est quaedam complacentia in operationibus sui obiecti, licet ex ea complacentia oriuntur alii affectus operationibus, et intendens non obiecta bona amico cum quæ charitas sit amititia quædam cum Deo ut fere omnes docent Theologi non debet esse quælibet venebolentia, sed talis quæ ferat in bonitatem Dei ut existentem, et presuppositam ita ut non sive quia amet Deum, quod bonus est. aliis ɔditiones amititiæ requisitæ, quæ à Theologis examinantur, à nobis preter mittuntur quia à nostro initituto alienæ sunt. Charitas quoad esse ens attinet,

6 bifariam sumitur, et habitualiter, et actualiter. Charitas habitualiter sumpta est quidam habitus, seu principium ele bans et inclinans ad amandum Deum propter ipsum, amore benevolentiæ, amicabilis supra ex principiis cathol. de hac loquitur D. Paulus 1ª ad Corinthios 13 nunc autem manent fides spes et charitas maior autem horum est charitas, charitas vero sumpta actualiter est ipse actus dilectionis benevolentiæ, qua Deum propter ipsum, et creaturas propter Deum diligit an talis actus procedat à habitu ut ɔmuniter contingit vel alio principio extrinseco et non permanenti in quo de possibili nulla est implicatio, et forte de facto contingit aliquando [illegible]

Charitas hanc qua Deum diligimus esse aliquid creatum tanquam certum supponimus, quod est plus quam verum, sive loquamur de charitate habituali sive de actuali. Negavit hoc suppositum Magister in 1° dist. 17 asserens charitatem nostram non esse aliud, quam ipsum Deum seu Spiritum Sanctum per appropriationem; quam oppinionem secuti sunt Gregorius, et Aureolus uterque hic à quest. 1a art. 1°. Ad posteriores omnes Theologi hanc Magistri sententiam tanquam improbabilem item temerariam, et erroneam reijciunt maxime post Tridentinum sess. 6a cap. 7° definiens charitatem nostram esse aliquid creatum et nobis à Deo infusum; id quod manifeste colligitur ex verbis Pauli ad Romanos 5°; charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum etc. ubi plane distinguitur charitas ab Spiritu Sancto illam infundente tanquam effectus à causa. 7

Et quidem si charitas nostra seu qua Deum diligimus esset ipse Deus, nullus daretur preceptum charitatis, atque tota haec tractatio inutilis esset, et de subiecto non supponente; quia materia precepti debet esse aliquid contingens et liberum quod à nobis possit poni, vel non poni: id enim quod est necessarium aut impossibile non cadit sub precepto, ut per se est notum: Cum ergo Deus ipse non sit contingens, neque à nobis possit poni, vel non poni non potest esse materia precepti: ergo charitas qua Deum diligimus est materia precepti, sive id quod nobis precipitur: ergo charitas qua Deum diligimus non est ipse Deus.

Nec obstat id quod Magister pro se adducit 8 videlicet quod in sacris litteris, et apud Patres Deus dicatur charitas: hoc enim verissimum est in duplici sensu 1°. obiective quia Deus est obiectum formale adequatum et materiale primarium nostrae charitatis. 2° formaliter quia Deus per se ipsum se amat formaliter, et amat omnes creaturas etiam propter ipsum: ita Deus est iustitia et sanctitas

qua ipse iustus et sanctus est formaliter, non tamen est iustitia, qua nos iusti sumus ut definivit in Tridentino, et in eodem sensu Deus est formaliter charitas quare et nos diligit, non tamen est charitas, qua nos diligimus Deum. Haec omnia tanquam certa, partim ex Philosophia, partim ex Theologia supponimus quoad aliqualem notitiam charitatis, ea propter hac materia non tertio duximus praemittenda.

Sectio 2a

Utrum charitas habitualis immediate cadat sub praecepto?

9 Ipsa Doctrinae methodus exigit, ut antequam de singulis praeceptis charitatis disputemus difficultatem initio proponamus, quae communis cuilibet praecepto charitatis exponatur. Haec difficultas initiari potest de quolibet habitu honesto cuius actus praecipiatur: ita proponi poterat, an detur praeceptum de fide, aut spe habituali vel solum de actuali. Supposita ergo divisione charitatis in actualem, et habitualem, solet ostendi memorans partem. Si inquirimus an sit praeceptum immediate de habitu, vel solum de actu charitatis: idem, quod fuerit immediate praeceptum, erit solum materia propria huius tamen.

10 Certum est, quod saltem mediate, et indirecte charitas habitualis cadit sub praecepto. Ratio est: quod illud cadit mediate et indirecte sub praecepto, quod connectitur, aut dependet ab eo, quod immediate praecipitur, sed charitas habitualis ita se habet, connectitur enim et dependet ab actibus virtutum qui immediate praecipiuntur, dependet etiam et connectitur charitas habitualis ab omissione, vel negatione cuiusque peccati mortalis quod sub praecepti negativis cadit immediate: ergo charitas habitualis saltem mediate, et indirecte cadit sub praecepto. et idem dicendum est de gratia habituali, quod homini impositum est praeceptum se disponendi ad illam, et haec dispo-

dispositio alio quo non directe in ipsa gratia, quae tamen indirecte ipsa gratia cadit etiam sub praecepto. est ergo difficultas an charitas habitualis per se et immediate cadat sub praecepto charitatis. 11

Partem affirmativam defendit Marsilius in 2° quaest. 18 art. 2° et Paludanus in 3° dist. 22 quaest. 3a art. 1°. Sotus dist. 58 de charitate num. 11, dicens in charitate non habitus et non formae justificantis, asserit quod nullum esse praeceptum habendi aut servandi charitatem quatenus habitus habitus quidem est, seu principium operationis, dari tamen praeceptum habendi et servandi charitatem quatenus charitas est forma sanctificans et amicitia cum Deo, quam tenemur ex praecepto procurare et servare. Communiter absolute defendit partem negativam, asserit quod nullum esse praeceptum quod immediate obliget ad habendum, vel conservandum charitatem habitualem. ita Vicheus lib. 1° de natura et gratia cap. 22. Aragon 2a 2ae quaest. 24 art. 10 et hanc ergo tamquam certam supponit et docet Suarez lib. 9 de gratia cap. 1° parag. et nihilominus. 12

Nostra resolutio est, nullum dari praeceptum quod immediate praecipiat habere aut servare charitatem habitualem, ac proinde charitas habitualis non cadit immediate sub praecepto, sed solum indirecte ratione charitatis actualis. probatur primo, eo quod non sit fundamentum admittendi tale praeceptum immediate praecipiens charitatem habitualem. quia ad adquirendam charitatem solum tenemur mediis praeceptis suscipiendi sacramenta Baptismi, vel poenitentiae, aut eliciendi actum perfectae contritionis ad servandam vero eam, vel solum tenemur vi praeceptorum quae immediate prohibent singula peccata mortalia; sed eius praecepta sufficiunt ad adquirendam et servandam

charitatis habitualis, quia non requiritur, nec datur speciale preceptum immediate precipiens charitatem habitualem.

13 Haec vero a paritate habitus vitiosi: quia nullum preceptum datur immediate prohibens habitum vitiosum: ergo neque datur preceptum immediate precipiens habitum honestum: ergo neque precipiens habitum charitatis. consequentia a paritate rationis probanda. antecedens vero probatur: quia potest quis habere amicitiam cum Deo, et gratiam sanctificantem, etiamsi non expellat et retineat habitum vitiosum: sed nullus potest habere gratiam sanctificantem nisi observet omnia precepta, et certum est: ergo nullum preceptum datur expellendi, aut non retinendi habitum vitiosum, neque immediate prohibens talem habitum. maior probatur in homine qui ex repetitione alicuius peccati generavit habitum vitiosum intensum: nam talis homo statim ac converteretur perfecte ad Deum recuperaret amicitiam Dei et gratiam sanctificantem, licet non statim destruat habitum vitiosum, qui saepe per longum tempus durabit. precepta ergo negativa solum prohibent habitum vitiosum mediate, quatenus immediate prohibent actus a quibus generatur habitus: ergo similiter precepta affirmativa solum precipiunt actus bonos a quibus dependet charitas habitualis.

14 Probatur 2° nostra Resolutio: quia non omnis qui peccat letaliter committit duo peccata: ergo non datur preceptum immediate precipiens charitatem habitualem. antecedens est certum: probatur consequentia quia si daretur tale preceptum charitatis, quilibet peccator transgrederetur duo precepta specie distincta: sed qui transgreditur duo precepta specie distincta committit duo peccata: ergo non datur tale preceptum charitatis. maior probatur: nam quilibet peccator transgreditur preceptum illius virtutis contra quam agit, et preterea ageret contra preceptum habendi, aut conservandi charitatem

5

ngper qdlibet peccatum mortale hō destruit, et expellit ā se charitatem habitualem. sed hec sunt duo precepta specie diversa ut pote versantia circa obiā diversa, et varios fines. confirmatur.

Nec 15

Valet si cum Lorca dicas, violationem precepti charitatis esse circumstantiam generalem oīm peccatorum que diversum peccatum non constituit, Nam contra est, quod violatio alterius precepti esse sit circumstantia generalis, vel conniter oē peccatum est malitia diversis speciei, quia talis violatio contrahit malitiam correspondentem precepti violatis: ergo violatio precepti charitatis constituet diversum peccatum, si quidem preceptum de habitu, et preceptum de actu sunt longe diversa, et distincta in specie. 16

Et alij

probant etiam contra nō dari preceptum immediate precipiens habere aut servare charitatem, quatenus est grā sanctificans: quod etiam sub isto precepto sufficienter intelligitur obligatio servandi, et habendi charitatem mediis preceptis singularum virtutum, et actionum, a quibus ipsa grā dependet. Propterea charitas cum quidem talis habitus est grā sanctificans; ad nō dari preceptum servandi charitatem, quatenus talis habitus est, ut probavimus: ergo neque dari preceptum servandi charitatem, quatenus est grā sanctificans. 17

Non

utimur eo argumento quo alij ad nostrum contra probandum usi sunt, videlicet, quod habitus nō sit immediate liber ac proinde nō possit cadere sub precepto. nō inquam utimur hoc argumento, quia non video cur lex, aut preceptum nō possit fieri in mā immediate tantum libera, ita actio externa potest immediate cadere sub precepto, imo de facto cadit, licet actio externa

Nihil Obst

Licet actio externa non sit in se et immediate libera, sed solum in causa imperante talis actionis, et similiter licet habitus non sit immediate liber, seu non est actio libera formaliter, quis modo est mediate liber, potest esse materia precepti, et quidem habitus etiam supernaturales esse Nobis aliquo modo liberos et voluntarios, vides ex Tridentino asserente hominem justificari per voluntariam susceptionem gratie et Donorum, id est habituum supernaturalium. quia propter defectum voluntarietatis, aut libertatis non debet habitus excludi a materia precepti.

Sectio 3a

Dissolvit Argumenta 28

Dicimus 1o. quia datur consentiente speciale preceptum immediate precipiens charitatis habitualis. Quod necessarium est ad salutem eternam consequendam cadit immediate sub precepto; sed charitas habitualis necessaria est ad salutem eternam consequendam: ergo charitas habitualis cadit immediate sub precepto. silogismus Sed major est, minor dubitari non potest dicente Joanne 1a. 3o. qui non diligit manet in morte et preterea, quia charitas habitualis vel est ipsa gratia sanctificans, vel saltem illa connectit; cum ergo gratia sanctificans sit omnino necessaria ad consequendam salutem, charitas etiam habitualis debet esse necessaria ad salutem. Probatur ergo major. quia nihil requiritur ad salutem eternam consequendam preter observationem omnium preceptorum, ergo quod necessarium est ad salutem consequendam cadit sub precepto cuali... et ... probatur ex illo Mathei 19. si vis ad vitam ingredi serva mandata.

qui observibat mandatory includunt o[mn]ia n[ecessa]ria ad salutem: ergo quod necessarium est ad salutem debet ex mandato observari ac qui de charitas habitualis quod ad salutem est n[ecessa]ria debet ex mandato, aut et precepto observari: ergo datur preceptum de charitate habituali.

Resp[ondeo], n[ego] co[nsequentia]m quod ali[quid] sit n[ecessa]rium ad salutem cadere immediate sub ali[quo] precepto: plura enim sunt n[ecessa]rio requisita ad salutem quae nullo speciali precepto iniunguntur. ita Suarez cum Tanner Part. 11o. ubi Dona Sp[iritu]s S[anc]ti esse quodammodo n[ecessa]ria ad salutem propter connexionem quam habent cum gratia sanctificante, adhuc tamen nullum datur preceptum habendi aut conservandi ea Dona, quae a solo Deo infunduntur nobis. praeterea auxilium vel gratia preveniens et auxilium Dei volantis [illegible] est necessarium ad salutem, nec tamen sub ali[quo] precepto cadit, nec potest cadere, quia ea gratia nullo modo est libera creaturae: immittitur enim a Deo in Nobis sine Nobis ut loquuntur Theol. ut ergo ali[quid] cadat immediate sub precepto debet esse n[ecessa]rium ad salutem, et simul actio moralis et humana et hoc deficit charitati habituali.

20 Quarto ad Argumentum in fra Deo neg[ati]o morum ad illius probationem dicendo ans: nihil Requirit ad consequendam salutem quod sit actio moralis et hu[ma]na preter observationem preceptorum, dicendo ans, nihil requirit quod n[on] sit actio humana preter observationem preceptorum nego ans. et similiter dicendo coens. quod n[ecessa]rium est ad salutem consequendam, et simul est actio hu[ma]na, seu moralis

cadit sub precepto, ... cog; ... narius est ad salutem licet non sit actio moralis, cadit sub precepto nego cog. Verba Xpti Domini in eo sensu interpretanda sunt. nam qui vult ad vitam ingredi, et salutem eternam consequi nihil ultra debet facere quam servare precepta. Quia observationi preceptorum connexa est ex natura rei vel ex promissione divina gratia habitualis, et charitas, quia salus eterna seu Beatitudo debet charitati. ... est naria ad salutem, non quod ipsa charitas sit precepta, sed quia connectitur cum observatione preceptorum ... ac quando ... tamen mediate, et indirecte est precepta, ut diximus parag. 20.

Sed insistes. homo tenetur ex precepto servare omnia precepta: ergo etiam tenetur ex precepto servare gratiam, et charitatem habitualem. Probatur cons. nam qui tenetur ad observationem preceptorum tenetur etiam ad id quod est narium ad talem observationem preceptorum, alioquin teneretur ad finem, et non teneretur ad media omnino naria ad talem finem: sed gratia et charitas habitualis est aliquid omnino narium ad observationem preceptorum: quia ut docent Theologi cum Sto Thoma 1a 2e quest. 109 art. 4, nemo potest ad longum tempus servare omnia precepta sine gratia, et charitate habituali: ergo qui tenetur servare precepta, tenetur etiam servare gratiam et charitatem habitualem. 72

Resp. vero ant., nego cons. ad probationem dist. maiorem qui tenetur ad observationem preceptorum etiam tenetur ad id quod est narium ad talem observationem si hoc narium sit actio moralis ipsius, concedo maiorem. si hoc narium non sit actio moralis ipsius, sed alterius, nego maiorem. itaque

qui tenet obsequi aliquem finem, tenet etiam ponere media necessaria quae per actiones ipsius morales poni possunt; non tamen tenet ponere ea media, quae in potestate ipsius non sunt. ut quod auxilium Dei efficax aut saltem sufficiens est omnino necessarium ad observationem mandatorum et tamen non, qui tenet servare mandata non tenetur ponere auxilium illud, neque datur praeceptum habendi auxilium, quia habere auxilium non est actus hominis, sed Dei. itaque gratia vel charitas, licet sit necessaria ad observationem praeceptorum, non cadit immediate sub praecepto, quia charitas habitualis non est actus, seu actio hominis, praecepta autem non dantur de habitibus, sed de actibus.

23 Obiicit 2º gratia Lorca: homo speciali praecepto tenetur habere amicitiam cum Deo: ergo datur speciale praeceptum habendi charitatem, quatenus haec est gratia sanctificans. et idea: homo speciali praecepto tenetur evitare inimicitiam cum Deo; sed vitare inimicitiam cum Deo est obsequi amicitiam: ergo homo speciali praecepto tenetur obsequi amicitiam cum Deo. maior videtur certa quia homo specialibus praeceptis tenetur vitare singula peccata mortalia quae sunt inimicitia cum Deo. in super homo per speciale praeceptum poenitentiae tenetur tollere seu curare, hoc est tollere, et vitare inimicitiam cum Deo: sed hoc fieri non potest nisi consequendo amicitiam Dei, ergo datur speciale praeceptum obsequendi amicitiam cum Deo, ac proinde obsequendi charitatis, quatenus haec est gratia sanctificans.

Deinde dato an-
24. si amicitia sumatur habitu, et non pro actu charitatis. de quo hic negamus dari praeceptum ad probationem suam maiori quae bene probat in argumento, distinguo minorem vitare inimicitiam cum Deo est illative et consequenter obsequi amicitiam, concedo minorem; est formaliter aut realiter obsequi amicitiam nego minorem. tollere inimicitiam cum Deo

ē tollere peccatū mortale, here autē amicitiā est
habere grām aut charitatē habitualē, quæ duo rea-
liter sunt dīta, licet ex nā rei, vel ex dispōne
Divinā connectant. ig° cū dicimus, dari præceptū immate
præcipiens tollere inimicitiā cū Deo, vi cuius præceptū
pœnitentiæ; negamus tñ dari præceptū immate
præcipiens habere amicitiā cū Deo, discriminis
ratio est, qr inimicitia est ipse actus peccaminosus quē
tenemur vitare, aut retractare; amicitia vero
ñ est actus ntēr bonus, sd est habitus; præcepta autē
sunt de actib⁹ ñ vero de habitib⁹.

Sed instas præce 75
dentis solutionē: oē peccatū est contra aliqd præceptū immate
sed peccatū originale et personale habituale vere con
trahunt ros peccati, ergo peccatū originale et personale
habituale est immate contra aliqd præceptū. Mīni sic,
peccatū originale et personale habituale consistit in
privatione grē et charitatis: ergo privatio grē et cha-
ritatis est immate contra aliqd præceptū: ergo ipsa grā
et charitas immate cadit sub aliquo præcepto.

Huic 76
instantiæ dupliciter occurri potest. 1° si dicamus
peccatū originale et personale habituale ñ consistere
in privatione grē et charitatis, sd in ipso peccato
actuali moraliter perseveranti; perseverat autē
moraliter per non condonationē, vel retractionē ipsius
et in hac sñā quæ probabilissima et communis est inter
Nrōs doctores ñ viget instantia, sd in sñā communi apud
thomistas asserentes, peccatū originale et habituale
consistere in privatione grē et charitatis. Occurri potest
2°, ñ oē substantib⁹ talis peccati esse immate contra aliqd

precepti: quae in illa etiam sit peccatum habituale directe, formaliter, saltem fundamentaliter. Diminutive aliquid aliud preter privationem gratiae: haec ergo privatio non est solum mediate contra aliquod preceptum; id autem in quo fundatur, est ipse actus moralis, et formaliter moraliter, qui solum est immediate contra aliquod preceptum. Unde patet ad ultimam instantiam solutio.

27 Instabis iterum. Qui sibi adimit vitam corporalem, peccat contra speciale preceptum charitatis: ergo qui sibi adimit vitam spiritualem gratiae, peccat contra speciale preceptum charitatis; ac proinde dabitur speciale preceptum conservandi charitatem, quamvis ipse est forma [illegible] causa: consequentia certa videtur: quia maior est obligatio servandi vitam animae quam corporis, [illegible] [illegible]. Nego consequentiam: ad probationem dico, vitam spiritualem gratiae utique preferendam esse vitae corporali, et potius eligendam esse mortem corporalem, quam privationem gratiae; cum hoc tamen stat dari speciale preceptum servandi vitam corporalem, quin detur speciale preceptum charitatis servandi vitam spiritualem. Ratio est, quia vita corporalis adimitur speciali actione determinata; vita tamen spiritualis quocumque peccato mortali adimitur, ac proinde sufficienter providetur vitae spirituali preceptis omnia prohibentibus singula peccata mortalia quibus advenit privatio gratiae seu mors animae.

Quaestio 7a

De precepto charitatis erga Deum in particulari.

Sectio 1a

De speciali precepto diligendi Deum actu positivo et interno.

28 Cum premiserimus habitum charitatis in precipi-

locus sit ut ad extat preceptum charitatis de ipso actu
seu charitatis actuali intelligendus sit: an cum re
ipsa detur preceptum charitatis erga Deum, et quo tempore obliget,
in presenti examinamus, in qua materia certum est dari
speciale preceptum negativum charitatis, quo prohibetur odium
Dei, et hoc preceptum semper obligat. Ratio est evi
dens, quia odium Dei est intrinsece malum, et gravissimum
omnium peccatorum; ac proinde semper est prohibitum precepto
naturali et Divino: solum ergo dubitari potest de precepto
affirmativo quo precipiatur dilectio Dei, seu amor quo
Deum diligamus.

Certum 1º est, omnibus hominibus impositum esse 29
preceptum diligendi Deum, constat ex illo Deuteronomij
6. diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo etc.
quod preceptum iterum repetitur Mathei 22 et Luce 10 in
quibus verbis non similis est preceptum, quod hominibus nullus
unquam catholicorum negavit. Certum 2º amorem
implicitum Dei esse Nobis preceptum, implicite autem ama-
mus illum quem nollumus offendere, seu cuius amicitiam
servamus: ad hunc amorem Dei implicitum nos obli
gari patet, quia semper tenemur Deum non offendere
graviter, nec amicitiam eius dissolvere: et preterea
quia preceptum charitatis supra positum saltem de hoc
amore implicito intelligendus est, dicimus hanc obligatione
amandi Deum implicite oriri immediate a ceteris precep-
tis, quibus singula peccata prohibentur: solum in presenti
loquimur de obligatione amandi Deum explicite
seu de precepto ~~amo~~ elliciendi actum interiorem am
oris, quo Deum propter suam bonitatem cognitam per fidem
aut per lumen naturale diligamus.

Igitur aliqui iuniores 30

ausi sunt asserere n. dari speciale preceptum diligendi Deum generaliter, et expresse; sed solum interpretative et implicite, atque adeo non precipi nobis affectum seu amorem internum erga Deum; sed solum effectum illius: videlicet observantiam Divinae legis. Distinguunt hi authores amorem in effectibus, et affectibus: amor effectibus est ipsa observatio legis Divinae; amor vero affectibus est pius actus internus dilectionis erga Deum. Asserunt ergo dari preceptum amoris effectivi, hoc est observandi leges Divinas; negant vero dari preceptum amoris affectivi, seu dilectionis internae erga Deum. Gamachier preceptum charitatis non admittit speciale, et distinctum ab aliis preceptis: sed generale et [illegible] observantiae omnium mandatorum. Ita Jansenius in Concordia Evangelica Cap. 81 et Joannes Sanchez disp. [illegible] num. [illegible] quos etiam sequuntur Pater Gamachius [illegible] [illegible] disp. [illegible] [illegible] difficul. [illegible] qui etiam pro tali [illegible] conantur adducere Sanctum Thomam, Sanctum Bernardum et alios non ignobiles patronos.

Primum Dictum. Certum est dari speciale preceptum diligendi Deum actu interno charitatis, ita Sanctus Thomas hic quest. 44 art. 1 et ita clare, ut admirari sit [illegible] [illegible] aliquos de mente Sancti Doctoris hac in re dubitasse nec minus diverse scholas in [illegible] [illegible] [illegible] unica [illegible] sententiam defendit etiam Pater Suarez disp. 5 de charitate, et hos scholastica disciplina Principes secuti sunt fere omnes Theologi, imo aliqui oppositam sententiam erroneam nuncupaverunt, et magis ad hunc certitudinis effectum si [illegible] damnatio propositionis facta a SSmo Alexandro 7. ut refert Pater Cardenas tract. de probabilitate disp. 9 Cap. 1. articulo 1. quarum prima propositio damnata est ut sequitur: Homo nullo unquam vitae suae tempore

tenetur ellicere actus fidei, spei et charitatis ex vi preceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.

Quapropter communis sententia, quam verissimam reputamus, probatur 1°. homo aliquando tenetur ellicere actus charitatis ex vi precepti ad hanc virtutem pertinentis, ut infertur ex propositione damnata, quam supra retulimus: ergo datur speciale preceptum charitatis, et distinctum ab aliis preceptis. probatur consequentia quia preceptum pertinens ad Charitatem est preceptum speciale et distinctum ab aliis. unde etiam: unde etiam probatur hoc preceptum de amore interno, et affectivo, quia preceptum de amore effectivo, seu observatione Divinae legis non est preceptum speciale, sed universale complectens omnia mandata: igitur preceptum charitatis est speciale, et pertinens ad charitatem debet esse preceptum de amore interno, et affectivo.

Probatur 2°. quia desumpta ex D. Thoma citata paragrafo 31. quia finis omnium preceptorum est charitas, ut dicitur 1a ad Thimoteum 1°; ergo ipsa charitas cadit sub speciali precepto, seu obligatione. probatur consequentia quia omnis qui obligatur ponere media, obligatur etiam ponere finem, qui in eius potestate sit, sic miles, qui tenetur pugnare tenetur etiam victoriam querere, si possit. Item a priori est: quia medium ut tale solum amatur propter finem, quapropter Deus amat medium, multo magis debet amare finem. cum ergo charitas, seu amor Dei sit actus noster, et supposita gratia Dei sit in nostra potestate, debemus ponere talem actum propter quem ad alios actus obligamur. Probatur 3° ex eadem Resolutione, dantur precepta specialia de dilectione obligatoria creaturarum; ergo etiam datur preceptum speciale

diligendi Deum. an est certum quod precepta et virtutes morales obligant ad dilectionem earum creaturarum quas tales virtutes intendunt. ita vero probatur: quia bonitas Dei infinite excedit bonitatem cuiuscumque creature. preterea quia longe Nobis beneficus est Deus quam quelibet creatura propter innumera beneficia creationis reparationis predestinationis etc. ergo maior est obligatio naturalis et divina diligendi Deum quam diligendi quamlibet creaturam. cum ergo ex obligatione et precepto speciali teneamur diligere aliquas creaturas, a fortiori tenebimur ex precepto speciali diligere Deum. quod sic explicat: quia dantur specialia precepta de actibus aliarum virtutum que inferiores sunt charitate ac de actu fidei, Religionis aut spei: ergo debet dari speciale preceptum de actu charitatis: Nobilissimus autem charitatis actus est dilectio Dei.

35 Quaestio 3a. Sunt doctrina ad ducunt firmissima sunt. Arguunt enim primo authoritate Christi Domini apud Mattheum 22 asserentis universam legem pendere a preceptis charitatis erga Deum et proximum, et in his duobus stineri. in super Joannis C. 14 qui habet mandata mea et servat ea ille est qui diligit me: ergo diligere Deum solum est servare mandata ac proinde preceptum charitatis non est speciale. 2o generale quoddam complectens observantiam 3 omnium legis. argumentum 2o ex D. Bernardo sermone 50 in Cantica. ubi: est charitas in actu, est in affectu.
35 de illa quidem que operis est. Ex ipso datam esse legem hominibus, etc. ergo iuxta D. Bernardum solum precipitur amor Dei effectibus, non vero affectibus. Arguunt 3o nullibi extare hoc preceptum, quia in decalogo non

qd est exp̃ressū nc̃ [illegible] Decalogi preceptum ita legit ex-
odi 20 n̄ habebis Deos alienos quorum me
Arguunt 4°: finis precepti n̄ cadit sub precepto, et est
commune Theologorum axioma, q̃d charitas est finis om̃ium
preceptorum, ut nos ipsi diximus parag. 33: ergo charitas
n̄ cadit sub precepto;
Sed Hec om̃ia facile solvuntur, nec
tanti ponderis sunt, et ea propter communiter [illegible] asserimus
cadem Deô universaliter pendere et contineri vir-
tualiter in preceptis charitatis: quia ex observatione
preceptorum charitatis infertur, et causatur observatio
reliquorum om̃ium preceptorum. imo ex hoc testimonio infertur
dari speciale preceptum charitatis distinctum a reliquis
q̃d nihil ꝑpriè dependet à se ipso, neque in se ipso
continetur, si ergo reliqua precepta continent in preceptis
charitatis et dependent ab illis, ea precepta cha
ritatis debent esse specialia, et distincta à reliquis. ad
aliud testimonium ex Joanne desumptum dico, ibi
solum doceri, observationem mandatorum simul veri
et interni amoris erga Deum: nam qui mandata Dei
n̄ servat n̄ habet amorem effi[illegible] ipsius, quem peccatis of
fendit, hinc autem nil contra nos infertur. Ad [illegible] Deo D.
Bernardus in eodem sermone [illegible] et suam mentem
explicuisse his verbis, neque hoc dico ut sine affec
tione animus et corde arido solis manibus mob
eamus ad opera, legi inter alia que scribit Aposto-
lus magna et gravia hominum mala hoc quoque
adnumeratum. sentit ergo malum esse et peccatum esse
sine affectione, ac ꝑinde affectum, seu amorem affec
tivum esse preceptum, quia potius alia verba que in

arguntur ad diversum exponenda sunt de affectu valde perfecto, ut excludat omne peccatum etiam veniale, qui affectus non praecipitur, neque est possibilis in via sine speciali Dei privilegio, fere numquam hominibus dato; ut bene S. Bernardus oppositum docuisset non posset dici vere, ideo de clerero Ad 3um dico ex D. Thoma praeceptum dilectionis Dei esse quasi praeambulum ad omnia decalogi praecepta, quorum observatio ex charitate tanquam ex principio universali deducitur. Spectat namque ad illa decalogi praecepta in quibus praecipitur ~~cultus~~ verus Dei cultus, et perfectissimus et Nobilissimus cultus Dei est dilectio ipsius; ideo vero S. 29 insinuavimus locum ubi extat praeceptum charitatis expressum, et certe in decalogo expressum non est praeceptum fidei et spei; nullus tamen propterea negat dari praeceptum de efficiendi actus fidei, et spei.

Ad 4um dico, finis extrinsecus praecepti non cadere sub praecepto: cadere autem finem intrinsecum, seu quod sit materia praecepti. charitas est finis extrinsecus aliorum praeceptorum quod Deus alia praecepta imposuit ut tandem charitatem servemus; ac finis charitatis non cadit sub aliis praeceptis cadit tamen sub speciali praecepto charitatis: igitur huius praecepti charitatis non est finis extrinsecus, sed intrinsecus et immediate intentus.

Sectio 2a

Quo pacto amor quo Deus debet esse summus?

Deus super omnia diligendus esse ex sacris literis, et ex ipso naturae lumine ditur: tenemur enim non ut eum ame

dilig

diligere Deu; & illu diligere plus quã cetera oĩa, ita ut nullũ obiectũ creatũ æque aut plus quã Deus a nobis amet; quia ergo amor noster erga Deum debet esse summus, seu maior omni alio amore erga creaturas quascumque; hic excessus amoris Dei supra ceterarum rerum amorem significatur illis particulis, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua et tota mente tua. id quod etiam deducitur verbis Xpti Domini Mathei 10: qui amat patrem aut matrem plus quã me non est me dignus. et Lucæ 14 si quis venit ad me, et non odit patrem suum et Matrem et uxorem, et cetera; adhuc autem, et animam suam non potest esse meus discipulus. in quibus verbis omnes Interpretes agnoscunt obligationem diligendi Deum super oĩa, seu dilectione superante amorem cuiuscumque obiecti creati, etiam nobis charissimi imo superante dilectionem erga nos ipsos.

Eiusdem ratio naturalis demonstrat; quod bonitas Divina tanto est et tam nostri maior est, et infinite superior quam cuiuscumque bonitas creata: sicut iniquum esset, per æquales aut maiores cultus exhibere creaturis quam Deo, quia Deus est dignus maiori cultu, quam quælibet creatura, ita iniquum esset et irrationabile, quod æqualis aut maior amor tribueretur creaturis quam Deo; præterea ratio naturalis dictat, finem plus esse diligendum quam media: cum ergo Deus sit omnium creaturarum finis, amari debet summo amore, seu superante dilectionem omnium creaturarum. hæc certa sunt;

Est tamen difficultas, in quo consistat hic excessus, qui reperiri debet in amore erga

Dey rū amoris ureory. qd ut explicent Thei, presupp erunt ꝯmuniter tres modos diligendi unu magis quam aliud traditos à Petro Aliaco in 1º dist. 1 quæst. 2 art. 1º: quia unus amor potest esse maior alio obiectiue, apretiatiue aut intensiue. maior amor obiectiue est ille per quem volumus, aut optamus maiora bona: ut si petro vellimus Epiicopatum; Paulo vero portionem, aut canonicatum. Maior amor apretiatiue, seu estimatiue est ille, per quem unum obiectum preferimus alteri, ita ut si occasio detur, in qua necesse sit aliquem amorem ponere, contemnatur ille, qui minor est, et consorbet amor obiecti, quod plus amat. ad hoc autem non requiritur in dictis amori estimabilitatem obiecti. quia voluntas à suo livito potest preferre et antegonere obiectum, quod cognoscit esse minus estimabile. denique maior amor intensiue est ille, qui ferbentior est, seu in quo impendit voluntas maiorem conatum, et in se maior vir amoris remissi.

Hi amoris perfectus inter se multo separabiles sunt: potest enim contingere quod aliquis amor sit maior obiectiue, et sit minor intensiue et apretiatiue, et etiam econtra. ita possumus amico desiderare episcopatum, cum non desideremus fratri, licet intensius et cum maiori apretiatione fratrem amemus. Gabriel in 3º dist. 27 quæst. unica art. 1º exponit exemplum ducis, qui tenerius amat coniugem castrum, et magis apretiatiue castrum quod ipso est cum occiditur. His positis,

Dico 1º. amor quo Deum debemus summus obiectiue, ac proinde tenemur Deum amare super omnia obiectiue, id est, quod tenemur

velle Deo maiora bona quae cuique creaturae cui est dare hoc est amor erga Deum esse summus obiectiue ut praemissimus. Ergo tenemur ad amorem summum obiectiue erga Deum. Probatur maior: quia ex charitate tenemur velle Deo sua bona intrinseca, eo quod sit perfectus, alioqui non teneremur amare Deum; quia non amat illum cuius bona intrinseca et extrinseca non amant, et haec bona intrinseca Dei sunt optima, et infinite excedunt quod habet bonum creatum. Ergo etiam in super quia ex charitate debemus velle unicuique saltem illud bonum, quod habet ex aliter: at Deus ex aliter habet maius bonum quolibet creato: ergo Deo debemus velle maius bonum quam creaturae cuicumque, ac similiter amor erga Deum debet esse summus obiectiue.

Dico 2°: amor erga Deum debet esse summus appretiatiue, ideo quod tenemur amare Deum super omnia appretiatiue. Ratio est: quia tenemur praeferre Deum cuicumque creaturae, itaut si opus sit, condonamus amorem cuiuslibet creaturae, et non Dei: hoc est amorem erga Deum esse summum appretiatiue ut diximus. Ergo tenemur ad amorem summum appretiatiue erga Deum. Probatur maior: quia summum bonum praeferri debet cuicumque minori bono, et ultimus finis ita firmiter amari debet, ut paratus sit homo ad deserendum eius amore omnia negligere, ut est per se notum; sed Deus est summum bonum, et ultimus finis. Ergo etc., et hoc probant plurimae rationes et testimonia adducta num° 4° et 5°. Item haec utraque dicta satis nota per se est, et ab omnibus theologis admissa, non opus est ulterius in illius demonstrationibus immorari.

Dico 3°: amor erga Deum

n debet esse summus intensive, ac proinde non tenemur amore Dei super omnia intensive, ita colligitur ex D. Thoma hic quaest. 24 art. 9, ubi dicitur gradus charitatis, et per quemlibet etiam inferiorem docet satisfieri obligationi charitatis; et ipse aliqui Auctores docent minimus charitatis esse existere sufficientes ad diligendum Deum super omnia, et ad cavendum omnibus peccatis. Sed expresse hanc iam docent Pater Suarez disp. 5 de charitate sect. 2, Valentia disp. 3a quaest. 4, puncto 1o Caietanus quaest. 4 art. 4, Navarrus in manuali Cap. 11, et est communis inter Theologos scholasticos et moralistas D. Scotus in 3o dist. 27 quaest. unica, et D. Durandus in 3o dist. 29 quaest. 1 num. 8. quorum etiam sequitur est Magister Petrus de Soto lectione 15 de poenitentia, et alii qui asserunt hominis teneri diligere Deum intensius, quam actu diligit creaturas omnes.

Probatur ergo nostra Resolutio, quilibet actus amoris summi appretiative erga Deum etiamsi sit remissus sufficit adimplendum praeceptum charitatis erga Deum; ergo non tenemur ex charitate diligere Deum summe intensive, sed solum appretiative et obiective, consequentia est legitima probatur antecedens: quia ille actus amoris erga Deum, qui sufficiat adimplendam legem Divinam, sufficit etiam ad implendum praeceptum charitatis erga Deum. Sed quilibet actus amoris summi appretiative erga Deum etiamsi sit remissus sufficit adimplendam legem Divinam. ergo etc. illegitima recta est, et certa maior quia verum amoris certum signum est operis exhibitio. minor vero probatur: nam quilibet actus amoris summi appretiative erga Deum facit efficaciter praeferre Deum cui aliquae creaturae, ita ut volunt ...

ito amorē, nihil posit amari per quod tollat amititia Diuina: et eo ipso adimplet lex Divina: ergo quilibet actus amoris summi apretiatione erga Deum sufficit ad implendam legem Diuinam.

Dices. amor summus apretiatiue requirit non esse summus intensiue, ac proinde nisi sit summus intensiue non sufficiet ad implendam legem Diuinam, neque erit summus apretiatiue. Contra est 1°: quia hae perfectiones amoris sunt separabiles inter se ut diximus num° 43. Contra est 2°: quia apretiatiua affectiua consistit in aestimabilitate obiecti; intensio vero oritur a maiori conatu potentiae, et a maiori inclinatione appetitus sensitiui: ergo intensio separabilis est ab apretiatione affectiua, sicut aestimabilitas obiecti separabilis est a conatu potentiae, vel ab inclinatione appetitus sensitiui. Contra est 3°: apretiatio affectiua consistit in efficacitate affectus seu in tendentia ditanti, et adhesiua ad obiectum: atque efficacia, et adhesio ad obiectum saluatur in actu remisso aut non summe intenso: ergo amor summus apretiatiue potest esse remissus: et non summe intensus.

Probatur 2° nostra Resolutio. per quemlibet actum charitatis erga Deum sufficienter diligitur potest homo ad iustificationem, et ad gratiam, et ad promerendam gloriam: ergo per quemlibet actum charitatis erga Deum adimpletur preceptum ac proinde non tenemur ad actus summe intensum. Quia si teneremur ad actus summe intensum quoties ubi intensio deficeret, violaremus preceptum per precepti autem violationem non possumus mereri gloriam

ut pt, neque sufficienter disponi ad iustificationem dari probat ex Tridentino sess. 6 canone 32 ubi absolute definit opera quae in Deo sunt facta promereri vitam aeternam, et augmentum gratiae. nullum tamen est fundamentum limitandi hanc definitionem ad opera solum intensiora, neque ponendi semper obligationem amandi Deum summa intensione, quod alioqui difficillimum est, et raro et a paucis fit.

Probatur deinde quia nostra sententia sanat absurda, quae ex contraria inferuntur. 1° sequeretur, Petrum amantem Deum amore ut unum, si tunc nullo alio obiecto cogitet habere actum charitatis quo adimpleat praeceptum. Paulum vero amantem Deum amore ut decem, et simul amantem amore ut decem Beatitudinem sibi vel parenti non habere actum charitatis nec satisfacere praecepto. quod hoc autem manifeste infert ex sententia opposita: quia in eo casu Petrus super omnia intensive amat Deum, non vero Paulus: qui aeque intensive amat aliud obiectum creatum: et quidem satis absurdum est quod Paulus non satisfaciat praecepto eo quod sibi aut parenti amet beatitudinem; cuius amor laudabilitatem habet. 2° sequeretur praeceptum charitatis non esse aequale, et magis obligare unum hominem quam alium; quod magis obligaret ille qui maiori affectu diligit res alias; 3° sequeretur, actum alias honestum propter solam intensionem fieri malum et peccaminosum; amor diligendi venis peccatorum, qui ex se bonus est, si esset intensus, evaderet malus eo quod attingeret intensionem amoris erga Deum. hic autem omnia admitti non possunt. tum neque quod amoris erga Deum

xiii

debeat esse summus intensive

Rogas an saltem sit dere-
lius, et cadat sub consilio diligere Deum super omnia
intensive? Resp. non esse melius, nec talem modum
dilectionis cadere sub consilio. ita Pater Suarez
citatus parag. 56. Ratio est, quia charitas habitu-
alis potest esse aeque intensa circa Deum, et proximum: sed
consilium est diligere ex tota intensione charitatis
tam Deum quam proximum: ergo consilium est diligere Deum
et proximum aeque intense; ac proinde diligere Deum
super omnia intensive, non cadit sub consilio; praeterea
qui ex tota intensione sui habitus diligit Deum et proximum
propter Deum per eosdem actus dilectionis nulli consilio oppo-
nit; hic autem non diligit Deum magis intensive quam
proximum: ergo etc. datur autem consilium negativum nihil
diligendi intensius quam Deum.

Sectio 3ª

Illationes ex dictis

Prima Illatio est posse honeste amari creaturam tam intense
aut magis intense quam Deum. Patet quia circa intensionem
amoris nullum datur praeceptum ut diximus sed consilium.
Sed id quod nullo praecepto est prohibitum potest honeste
fieri: ergo creatura potest honeste amari intensius
aut aeque intense ac Deus. quod ulterius confirmatur quia Be-
ati aeque intense amant Deum et proximum ex charitate:
nam utrumque obiectum creatum et Divinum amant quantum possunt
seu ex tota intensione, et latitudine sui habitus. praeterea
homo in via, qui per eosdem actus charitatis amat Deum
et proximum propter Deum, aeque intense amat utrumque
obiectum. quia in unico actu non potest dari maior, aut
minor intensio circa suum obiectum primarium sine peccato propter

et solet mater intensius, aut eque intense amare filium suum quam Deum.

Hanc doctrinam limitat Scholasticus citatus num.º 46, asserit quod intensius et ferventius posse aliquid creatum amari quam Deum, non per actum charitatis et quod necesse est Deum intensius diligere, at per actum amoris naturalis. Sed haec limitatio subsistenda non est, tum propter rationes adductas paragrapho antecedenti, tum propter absurda quae ex ea limitatione inferuntur, et explicata sunt num.º 50, tum denique quod si mater diligat filium in ordine ad vitam spiritualem, quamvis vehementissime diligat filium, tamen esse amat et actu charitatis supernaturalis, quin propterea teneatur amare Deum intensissime: quod circa hanc intensionem amoris erga Deum nullum extat praeceptum.

54 Aliqui limitationem afferunt Turrianus disp. 74 dubio 1º Coninc disp. 25 dubio 7. et alii asserentes proximum posse intensius amari quam Deum ex motivo creato, et per virtutem supernaturalem moralem charitati, non vero ex motivo increato et propter Deum, neque per charitatem Theologicam. Ratio ipsorum est: quia qui amat creaturam propter Deum charitate theologica, amat etiam ipsum Deum: nam amor ille habet pro obiecto formali Deum, ac proinde per talem amorem amat Deum: quare propter necesse est quod tota intensio quae impedit creaturam impendat etiam erga Deum. Sed neque hanc limitationem omnino admittimus, quod per charitatem theologicam et propter Deum possumus amare proximum dupliciter: primo ita ut amor ille proximi attingat immediate suum motivum formale

caliter Deus, ac si in eo sit amor Dei, et proximi: [?]
ita ut amor ille proximi non attingat formaliter suum
obiectum formaliter, et ita si erit formaliter amor Dei: licet
sit amor proximi propter Deum: utroque modo erit amor
charitatis Theologicae, quandoquidem ad summum requiritur
quod motibus adaequatus illius sit Deus.

Nam ergo dicimus
proximum non posse amari intensius quam Deum charitate
Theologica, si talis amor attingat immediate
ipsum Deum, quia hac ratione ille amor proximi esset etiam
amor Dei, ideoque non potest esse intensior: nam
maior aut minor intensio supponit pluralitatem
et distinctionem actuum. Si vero amor proximi habitus
propter Deum non attingat immediate ipsum Deum, utique potest
esse intensior erga proximum: quia maior illa intensio
potest oriri a maiori conatu potentiae erga proximum; vel
ab eo quod potentia agat erga proximum quantum potest
juxta latitudinem sui habitus: unde non poterit erga
Deum prius amatus, quod nunc amor potius haberi propter
Deum licet per illum amorem non amet formaliter
Deum; probatur duplici exemplo ad rem apposito. Primum
quod intellectus potest assentiri consequenti propter praemissas
obiectivas; licet ille non attingat formaliter obiectum praemis-
sarum, ut communiter docetur in logica. Secundum quia medium
potest amari propter finem; licet amor medii non sit
amor finis; neque attingat formaliter talem finem,
ut in physica traditur. Ergo similiter amor proximi prop-
ter Deum non est necesse quod attingat immediate Deum.
Neque stat ad hunc amorem Deus est motibus formale
ita finis est motibus formale rationis amoris erga medium
et praemissae obiectivae sunt motibus formale rationis conclusionis

Sillatio est, creat. nyllus honeste posse ama-
ri magis, aut eque apretiatiue quam Deus. ptex
dictis: quia quod est contra preceptum charitatis erga Deum
nunquam potest honeste fieri: sed amare creaturam
magis, aut eque apretiatiue quam Deus, est contra pre-
ceptum charitatis erga Deum: preceptum enim obligat
ad amorem Dei summum apretiatiue: quod est tam-
n per, quod semper est inhonestum, aliquis aut tantum,
existimare creaturam quam Deum; quod contingeret si creatura
magis apretiatiue amaretur, ac Deus; at haec
est disparitas amoris intensibi: quod ex maiori am-
ori amore intensibo non sequitur maior estimatio
affectiua obiecti, quod ita intense amat.

Sillatio est, modus
essentiales charitatis cadere sub precepto; modos
vero accidentales actibus non cadere sub pre-
cepto. Nam modus essentialis ille sine quo non potest sal-
bari essentia actus precepti. et contra modus accidentalis
est ille, sine quo salbari potest essentia actus pre-
cepti; et quod actus amoris habeat propter boni-
tatem Diuinam, et quod sit summe apretiatiuus, sunt
modi essentiales actui charitatis, quod sine illis non sal-
batur essentia actus charitatis erga Deum. intensio vero
actus, duratio et similes, sunt modi acciden-
tales quia reducta qualibet intensione et dura-
tione determinata salbari potest essentia actus charitatis
erga Deum. non illatio est: quod modus essentialis actui,
precepto est impossibilis voluntatis et sine tali modo
non potest adimpleri preceptum, ac proinde ille modus
debet cadere sub precepto. et contra sine modo acciden-
tali potest impleri preceptum, ac proinde tali

mus non cadit sub illo, ita D. Thomas hic quaest. 44 art. 4 ad 2. ut ibi latius explicat Caietanus.

Illatio est, preceptum charitatis posse impleri in hac vita. Dicitur illatio ex sacris litteris, et ex Tridentino sess. 6 canone 18 anathematizante eos, qui dixerint precepta Dei etiam iustis esse observatu impossibilia. in quo turpissime erravit Calvinus asserens preceptum charitatis esse observatu impossibile, ad hoc quod stare hoc preceptum, indicans non quod facere possimus, sed quod debeamus. Sed certe nullus debet id quod non potest: neque Deus potest precipere impossibile alioquin puniret iniuste homines qui nulla sua culpa non possunt efficere impossibile. aut ergo preceptum charitatis non datur, aut impleri potest in hac vita; cum autem certum sit tale preceptum dari, certum etiam est posse impleri. id quod etiam ratione probatur: quia dilectio Dei super omnia nihil continet repugnans homini in via, presertim si homo instructus sit charitate habituali, vel presto sit illi concursus supernaturalis Dei ad eas dilectiones.

Impleri potest in via preceptum charitatis. Nec solum impleri utcumque, sed etiam perfecte impleri potest preceptum charitatis in hac vita: ratio est: quia tota perfectio charitatis que precipitur, est dilectio Dei summa obiective, et appretiative propter Deum: sed talis dilectio nihil habet repugnans homini in via, presertim si homo sit instructus gratia Dei, et auxilio supernaturali. Ergo tota perfectio charitatis, que precipitur, obtineri potest in hac vita, atque adeo perfecte

impleri potest præceptum charitatis in via, et quidquid sit aliquando perfecte implendum est præceptum charitatis, debet esse in via: quia amor Dei in Patria non cadit sub præcepto: etenim amor necessarius; præceptum autem non datur nisi de actibus liberis.

Nec Nobis opponitur Augustinus qui lib. de perfect. iustitiæ cap. 8 docere videtur hoc præceptum charitatis, solum in Patria perfecte impleri: quia solum in Patria charitas est adeo perfecta, ut omne peccatum etiam veniale excludat, non inquam opponitur: quia ut exponit Divus Petrus Aureolus dist. 27 [illegible] et Cardinalis Toletus D. Augustinus loquitur de præcepto ut tali, de de ipsa charitate, seu de materia præcepti, docet quod gradus charitatis in via non esse omnino perfectus sed solum in Patria. Hoc tamen non tollit, quod præceptum perfecte impleatur in via, quia præceptum non est de charitate omnino perfecta, et excludente omne peccatum etiam veniale, sed solum de charitate excludente peccatum mortale: et hæc charitas quæ præcipitur, in via potest perfecte obtineri. et eodem modo intelligendus est Sanctus Thomas hic quæst. 44 asserens art. 8. charitatem in via non posse esse perfectam, quia non semper possumus esse in actuali dilectione Dei; quæ perfectio charitatis obtinebitur in Patria. hoc enim non probat præceptum non posse impleri perfecte, quia hæc perfectio charitatis nullo modo præcipitur.

Sit illatio est præceptum charitatis non posse impleri in peccato mortali, ita ut simul existat peccatum mortale, et impletio præcepti charitatis. Ita Thomas Sanchez in præcepta

a caleg. lib. de cap. 35 et apud ipsum alii quam plures. Ratio est: quamdiu durat peccatum mortale homo anteponit Deo affectibe aliquod obiectum creatum, ergo quamdiu durat peccatum mortale, homo non diligit Deum super omnia appretiatibe et requiritur ad implendum preceptum charitatis. Preterea qui implet preceptum charitatis diligit Deum super omnia appretiatibe: sed qui ita diligit Deum, diligitur a Deo iuxta illud: ego diligentes me diligo: vel quia ipsa dilectio erga Deum est gratia sanctificans, ut aliqui placet, vel quia nectitur saltem in hac providentia cum gratia sanctificante, ut alii docent: ergo qui implet preceptum charitatis erga Deum ditatur vi gratia, ac proinde non potest manere cum peccato mortali. Et hoc est specialis excelentia precepti charitatis: nam alia precepta saltem divisibe impleri possunt ab homine existenti in peccato mortali, ut honorare parentes, et aliorum preceptorum actus non sunt adeo perfecti, ut excludant a suo subiecto peccatum mortale.

6.ª tandem illatio est, non posse quemquam ubi quem peccato et quemque graviter amari Deum propter retributionem, aut propter motivum creatum principaliter. Ratio est: nam ille qui ita amaret Deum principaliter propter motivum creatum, plus extimaret affectibe illud motivum creatum, quam Deum: sed extimare affectibe aliquod creatum plus quam Deum est contra preceptum charitatis, ut explicatum est. Ergo etc. Et hic est amor ille pure serbilis, et mercenarius, qui reprehenditur a D. Chrisostomo lib. de compunctione cordis, ubi invehit in eos, qui Deum ob mercedem principaliter

serviunt, sicut quae vel ut mercenarii qui propter mercedem serviunt, alioqui non servituri; licitum tamen est, imo et meritorium amare Deum propter retributionem, aut propter aliud motibus creatis minus principaliter, quod illud Psalmi 118: inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem. et ita definivit Tridentinum sess. 6 Canone 31. retributio autem est motibus minus principale rationi voluntatis, quod movet, ut faciliter, aut ferventius amemus, alioqui etiam amaturi. tunc vero retributio est motibus principale voluntatis, quod ita movet ad amorem, ut sine illa non amaremus. Magri lib. 3 disp. 31.

Sectio 4a

Quando obligat praeceptum charitatis erga Deum?

63 Cum certissimum sit dari praeceptum diligendi Deum nosque eo obligari ad elliciendum actum charitatis erga Deum; difficillimum tamen est assignare tempus, et circumstantias, in quibus incurrit obligatio huius praecepti quod adeo verum est, ut nulla alia sit in Theologia difficultas moralis, quae in tot, tamque diversas oppiniones diviserit Doctores. Et licet difficultas communis sit, aliis praeceptis fidei spei, aut religionis, potissimum ex praecepto charitatis discutitur a Theologis, qui in exponendo nobilissimo praecepto nobilius insudarunt. procedit autem difficultas de praecepto affirmativo charitatis: quod praeceptum charitatis negativum Deum non odio habendi, semper obligat: eum enim natura praecepti negativi sit semper et pro semper obligare; et praeterea si id quod prohibet est intrinsece malum, quale est odium Dei

quens quod est de precepto affirmativo quo ad elliciendum actum amoris erga Deum obligamur: hoc enim preceptum ut pote affirmativum, non semper obligat, neque homo tenetur in hac vita Deum semper actualiter amare imo hoc est impossibile, ideoque rogamus, quo tempore insistet obligatio huius precepti, ita ut omissio amoris sit speciale peccatum contra charitatis Theologicae.

Certum apud omnes est, per accidens aliquando dari obligationem elliciendi actum amoris Dei ortam ex aliis preceptis, quando videlicet actus amoris Dei sit necessarius ad implendum aliud preceptum. 64
Ita: si quis tu dicaret hic et nunc esse necessarium ellicere actum amoris Dei ad vincendam gravissimam tentationem de odio habendi Deum, vel aliquid simile, tenetur tunc per accidens ellicere actum amoris, non enim obligat precepti affirmativi charitatis, sed ex obligatione alterius precepti negativi, vel cuiuscumque alius precepti, contra quod urget tentatio. similiter quando quis esset in peccato mortali, et teneretur conficere aliquod sacramentum nec posset confiteri, tunc ipso teneretur ellicere actum charitatis ne indigne administraret sacramentum. demumque in articulo mortis conscius peccati mortalis presertim si desiciat confessarius, tenetur ellicere actum charitatis eo quod homo ordinatus a Deo in beatitudinem debet exire ex hoc mundo in amicitia Dei: ratio huius doctrinae est, quia qui tenetur implere preceptum, etiam tenetur ponere illud medium, quod fuerit necessarium ad talis precepti adimpletionem, si tale medium sit in potestate eius. Et in his tribus casibus

actus amoris Dei est medius necessarius ad implectionem aliorum preceptorum, et talis amor est in potestate nostra: ergo in his omnibus casibus qui tenetur implere alia precepta tenetur ellicere actus amoris Dei.

Sed adverte

65 differentiam inter obligationem ellicendi actum amoris Dei per accidens, seu ratione aliorum preceptorum, et obligationem ellicendi per se talem actum, seu ratione precepti charitatis: nam quando obligatio non oritur ex precepto charitatis, omissio actus amoris non est speciale peccatum contra charitatem, neque in confessione aperiendum. quia solum in eo casu peccatur contra illud preceptum, ad cuius impletionem erat necessarius actus amoris Dei; quando vero obligatio ellicendi actum amoris est obligatio per se, et oritur ab ipso precepto charitatis, omissio talis actus est speciale peccatum contra preceptum charitatis; ac proinde in confessione necessario aperiendum, quia in hoc casu ita omittens amorem directe, et immediate violat preceptum charitatis affirmativum. quod nunc initatur questio quae fit quo tempore obliget ratione sui preceptum charitatis affirmativum, ita ut eius omissio sit speciale peccatum contra charitatem theologicam.

66 Celebris est in hac materia opinio Sancti Thome asserentis 1a 2ae quaest. 89 art. 6 in primo instanti rationis usum teneri homines ad hoc preceptum diligendi Deum, ita ut omissio dilectionis Dei in eo instanti sit peccatum mortale. sequuntur hanc opinionem plures Thomiste, ut Caietanus, Bañez, Silvester, Victoria et alii apud Petrum Hurtado disp. 174 sect. 5 qui communiter fere habent, ut nimis rigidam.

et scrupulo ijs reyciunt. imo aliqui etiã ut improbabilis, qd etiã ego iudicarem, si res, seu priuatiuus ~~ad idem~~ intricata attenderes. et hec est ~~la~~ ratio, cur hanc sñiam omnino rejicio: qia id dicitur sine ullo firmo fundamento ponit iis grauis obligatio, quæ certe poni nõ debet sine magno fundamento; præsertim cum præcepta affirmatiua nõ sint adstricta temporis adeo breui, ut facta inductione manifestum fiet.
2° Reijcitur hæc sñia: quia in eo 1° instanti physico rois, quo in iis adest cum corpore debita dispositio ad discurrendum, nõ potest cognoscere puer tale preceptum, neque per se neque alio docente: nõ per se quia in eo instanti et in multis sequentibus vix potest per se apprehendere obiecta spiritualia, nõ alio docente, quia ut doceatur aliqd tempus usus rois elabi debet, ac proinde etiã illud primum instans.
3° Reijcitur quia hoc primum instans rois à nullo potest moraliter cognosci; ergo nullus potest cognoscere qd in eo instanti obliget, ac proinde talis obligatio nõ datur. 67
4° et postremus reijcitur hæc sñia D. Thomæ, quia peccatum solum veniale personale potest coniungi cum peccato originali: ergo nõ dat obligatio grauis elliciendi actum charitatis in 1° instanti physico usus rois. conã constat: sic quia fons fundamentum ponendi eã obligationem est ut nemo deinceps contingat, qd peccatum personale solum veniale coniungeat cum originali; tum qd si daretur ea obligatio grauis qui illã adimpleret in 1° instanti constitueretur in gratia, per quã deleretur peccatum originale; qui vero nõ adimpleret eã obligationem peccaret

mortalis, ac jure ad eius comparationem, quia consequeret cum peccato originale, sed non posset cum peccato solo veniali, ut vero probat: quod etiamsi daret tale praeceptum pro eo instanti, posset autem puer invincibiliter ignorari, et interim posset puer committere peccatum veniale. Insuper est plena deliberatione potest oriri peccatum veniale, etiamsi actu puer cogitaret de gravi obligatione elliciendi pro eo instanti actum charitatis. Denique quia talis obligatio non est evidens aut per se nota, aliquin a nemine praesertim docto negari posset, ut revera communiter negant authores, posset puer dubitare de ea obligatione, posset quoque probabiliter iudicare se non teneri pro eo instanti ellicere actum charitatis, et posse in aliud tempus differre. interim vero posset mentiri ioco, et ita haberet originale cum solo veniali.

68 Extreme opposita sententia docet Dominus Barnes tomo 4 in 3am partem quaestione 90 art. 1o dubio 4 et Amadino Cano in praelectione de poenitentia parte 4 paragrapho de propositio, qui asserunt praeceptum charitatis erga Deum non obligare usque ad mortis articulum. quod etiam docuit Remigius in Summa tractatu de Casibus 1o parte capitulo 3o. Et hanc sententiam ut nimis laxam cum communi theologorum reiicimus 1o. quia praeceptum charitatis erga Deum maxime conducit ad totius vitae institutionem, et ad instituenda et servanda amicitia cum Deo per totius vitae spatium. ergo potius initio et decursu vitae, quam in fine obligare debet. 2o quia incredibile prorsus est, quod amor mediorum saepe obliget in vita, amor vero finis nunquam obliget, nisi in vitae fine, et

et amor mediorum lege obligat in hoc cursu vitæ; ergo lege in hoc cursu vitæ obligamur ad actus aliarum virtutum, quæ media sunt ad charitatem: ergo amor finis seu amor charitatis lege debet obligare in hoc cursu vitæ; 69

Ideo Theologi diversa tempora assignant quibus urget obligatio charitatis. Capreolus in 1° distinctione 27 quæstione unica articulo 3° asserit, præceptum charitatis urgere, quandocumque urget aliud quodcumque præceptum, ita ut licet meritorium sit, aliud præcepta implere ex charitate ad id tamen non tenemur sub præcepto: quia charitas est finis extrinsecus aliorum præceptorum, et hoc intendunt Theologi asserentes modum et finem præcepti non cadere sub præcepto: ideoque potest homo implere præceptum elemosinæ v.g. sine charitate Theologica, quia sub eo præcepto non cadit charitas Theologica. præterea quia talis obligatio eliciendi actus charitatis quoties cumque urget aliud præceptum, nullo fundamento neque textu ditatur: non ergo admittenda est. Scotus vero in 3° distinctione 27 quæstione unica et Gabriel ibidem articulo 3° dubium 8°, Gabiena verbo charitas quæstione 10 et alii asserunt singulis diebus festivis urgere præceptum charitatis erga Deum, ita ut omissio actus amoris in die festo sit peccatum speciale contra charitatem, at hæc obligatio gravissima est, et nullo fundamento, neque testimonio nititur admitti non debet; præsertim quia festa sufficienter colluntur per cessationem ab opere servili et per auditionem missæ; quæ duo sine actu charitatis fieri possunt, pertinentque ad virtutem religionis, ut

cum D. Thoma 2a 2ae quaest. 122 art. 4 docent communiter Thei.

70 Pater Valentia quaest. 29 disp. 3 puncto 1. de precepto charitatis, et apud ipsum Sotus, docet, urgere preceptum charitatis, quoties adultus baptizatur, et hoc reprobat Navarrus in summa cap. 11. Azor 2 mo. lib. 9 cap. 4 quaest. 1a, cum aliis, et merito: quia ad Baptismum rite suscipiendum ab adulto attritio est sufficiens dispositio, quae actum charitatis non includit, ut omnes docent, et singulariter Sotus: sufficit etiam attritio, ut homo christianam militiam profiteatur: quia in attritione adest firmum propositum vitandi peccata, et implendi obligationes Christiani; alii docent, preceptum charitatis urgere quando recipimus a Deo aliquod singulare beneficium. ita Toletus in summa lib. 4 cap. 9 numero 10 et Medina lib. 1o summe cap. 14. et hoc bene impugnat Pater Suarez quia post acceptum beneficium satis erit gratias agere benefactori, immo neque ad hoc stati faciendum obligamur. docet etiam Valentia et Sotus citati, in urgere hoc preceptum quando aliquod arduum, et difficile opus aggrediendum est, sed non merito: quia aggressio operis ardui est actus fortitudinis, et solum imperatur a charitate, sicut et alii actus aliarum virtutum, preterea quia satis erit in eo casu Deum orare, et opem illius petere, aut illis remediis timoris vel spei se communire.

71 Navarrus citatus ait instare hoc preceptum quando tenemur proximum ex charitate diligere. preterea quando aliquis alium videt blasfemantem Deum, et potest illum increpare, et Dei honorem defendere

sed sus casus non est verus: quia bene possumus amare
proximum ex charitate, quin actualiter amemus Deum
ut explicuimus numero 83 et 84. praeterquam quod
ea obligatio non proveniret ex praecepto charitatis
erga Deum, sed ex praecepto charitatis erga proximum,
ac proinde in eo casu charitas erga Deum non obli
garet ratione sui sed per accidens. Neque in 2°
casu urget praeceptum charitatis: quia in ore patio
blasphemiis fieri potest ex praecepto religionis,
quo tenemur honorem Divinum ostendere, ac proinde
et fieri potest in peccato mortali, et sine actu
charitatis. Denique Magister Banez 2.2.
quaestio 44 art. 1° dubio 1° docet, per receptionem
dignam eucharistiae quo tamen satis fieri praecepto
charitatis erga Deum. Sed non satis probabiliter: quia
si hoc sequitur nunquam dari obligationem eliciendi
actus charitatis erga Deum; quod dici non potest; et sequi
probatur: quia ad dignam receptionem eucharistiae satis
est esse in gratia, vel attritum, et fieri sacramentaliter
et ad dignam receptionem eucharistiae non requiritur
actus amoris erga Deum; ergo si per dignam recepti
onem eucharistiae satis fiat praecepto charitatis,
nunquam tenebimur elicere actum amoris Dei.

Sectio 5ª

Num iudicium certum tempus quo instat obligatio amandi Deum.

Ex multitudine, et varietate sententiarum sect. anti prae 72
missarum colligitur quam sit difficile decernere tempus,
quo ratione sui obliget praeceptum charitatis erga Deum:
sed huc tamen tria quae sequuntur dicenda mentem aperimus

Dico l.º preceptis affirmatibus dilio[nis] Dei... obli[gat] initio vitæ moralis. est autem initium vitæ moralis, quo primum habemus cognitionem Dei cum plene per usum rationis cognoscimus eius bonitatem, excellentiam et beneficia: hoc initium vitæ moralis non sumi[tur] pro instanti, aut pro tempore indivisibili, sed cum extensione quadam, quæ melius negative quam positive explicari potest. quapropter asserimus, obligationem charitatis esse, quod non præterea multum temporis sine actu charitatis, postquam plenum usum rationis consequuti sumus. Ita præceptum restitutionis dicitur obligare, non ut statim fiat restitutio, sed ut non differatur per multum tempus. similiter votum religionis non obligat ad statim ingrediendum sed ad non differendum ingressum per multum tempus. eodem modo dicimus, præceptum affirmativum charitatis obligare initio vitæ moralis, non ad statim eliciendum actum amoris, sed ad non differendum per longum tempus talem actum amoris erga Deum.

hanc sententiam [...] explicatam defendit

73 Sotus lib. l.º de iustificatione quem sequuntur alii ... Thomistæ, quos sequitur Lorca hic disputatione 58 numero 6, alii qui hoc volunt docuisse Sanctum Thomam in quo omnes fallunt. Ipse per hanc obligationem non vitat, quod primus peccatum personale sit non esse veniale, quod est [...] in iudicium adducit a D. Thoma. Ex nostris hanc sententiam sequuntur P. Suarez et Valentia, quos citat et sequitur P. Petrus Hurtado disputatione ultima sectione ... Granado tractatu 14, et Dinnek[?] disputatione 24 dubio 3.º ... Ratio huius sententiæ est: quia præceptum charitatis est de fine totius vitæ, omnium operationum humanarum: sed intentio finis debet præcedere intentionem mediorum

amar a Dios en esta vida i despues verle i gozarle en la otra.

ut vi eius finis possint ordinari: ergo praeceptum charitatis debet prius intendi, per obligatione minus vitae moralis. Probatur: quod supposito quod aliquando obliget hoc praeceptum, nullum aliud tempus aptius est, quam initium vitae, ut ibi cognoscitur bonitas Dei, eius quae bene ficia, quae connaturaliter movent amorem Dei boni, et bene facto-ris. Probatur iterum: quod reliqua praecepta sunt diu differenda: ut patet in restitutione, redditione voti, executione iustitiae, quaestione et aliis: ergo similiter obligatio Diligendi Deum non debet multum differri post quam plenum usum rationis cognoscat, quod solum intendimus.

Dico 2º. 74

in decursu vitae tenetur homo aliquoties repetere actum charitatis erga Deum, ita ut mortaliter peccet, si talis actus per longum tempus differat. Ita authores citati in 1º dicto, quos sequitur Castropalao tomo 1º tractatu 6 disputatione 1 puncto 4. et Montesinos 1.2. quaestione 98 disputatione 29 et tandem Molina in selectis tractatu 6 quaestione 2a. Ratio huius dicti est: quod intentio diu interrupta censetur moraliter non existens: sicut ergo sine intentione charitatis quae finis est actionis humanorum non potest recte inchoari vitam moralis ita neque conservari neque perfici: ergo vita intentio charitatis seu amor erga Deum debet aliquoties in vita haberi, et non differri per longum tempus. Probatur: quod in decursu vitae alia praecepta affirmativa obligant aliquando: ergo etiam obligat aliquando hoc praeceptum charitatis: videtur enim incredibile, quod amor medii aliquoties obliget, numquam vero obliget amor finis. Probatur iterum ex D. Augustino apud Tironem disputatione 36 sectione 6. neque qui diu vivens sponte negligit amare

Dei ergo tempore timet, et ergo innumera rei pro beneficiis, contet divinae amicitiae perdi habere aut contemnere.

75 Quantum vero spectat ad hoc tempus, intra quod teneamur sub mortali amorem Dei non omittere, res est nimis dubia, et quae Doctor Suarez non audet discernere prudentis iudicio relinquit; Doctor vero Granados re[illegible] omnino occultum esse asserit. alij tamen tempus assignant, intra quod debeamus ellicere actum amoris Dei; Doctor Henriquez, quem refert, et sequitur praedictus tractatu 22 cap. 9 quarto asserit hoc praeceptum quoque anno ligare. Castro Palao et Coninc citati dicunt esse mortale ultra tres annos dilationem Dei differre sponte. Ledesma summae tractatu 3 cap. 5: Bañes, Lorca et Petrus Hurtado citati numero 72 et 73, ostendunt obligare semel in anno, ita ut omissio libera amoris Dei ultra annum sit peccatum mortale: et in hanc partem inclino. quia dilatio ultra annum est satis longa moraliter, cum ergo teneamur non differre per multum tempus amorem Dei, ut diximus numero antecedenti, tenebimur non differre ultra annum: annus enim moraliter est multum tempus. dicendo quod res ita adeo est in certa plures excusant a culpa transgressionis huius praecepti propter ignorantiam invincibilem.

76 Dico 3°. praeceptum affectus charitatis erga Deum urget in instante mortis ita Pater Suarez tomo 4 in 3 partem disputatione 15 sectione 4. Turrianus disputatione 97 dubio 2° Valenzia, Filiucius, Bañes, Cabrera et alij supra citati et communiter Theologi, et quidem si esset in peccato, et non in statu gratiae

mortalis, certum est teneri instante morte ad actum charitatis, qui tenetur ad contritionem perfectam, in qua includitur actus charitatis, et abstrahendo ab eo casu probatur hoc dico: quia homo quamquam sit baptizatus, et justificatus, tenetur initio vitae elicere actus charitatis explicitos: ergo etiam tenetur in fine vitae, licet confessus et absolutus fuerit; imo hinc videtur maior obligatio propter bene ficia a Deo recepta toto vitae spatio: confirmatur, quia in articulo mortis debemus ponere medium efficacissimum ad vitandam damnationem eternam, et ad consequendam salutem; hoc autem medium est amor Dei super omnia, quem si fecerit homo, licet non fuerit baptizatus aut absolutus, viam salutis sine dubio inibit. Sed adverte, hanc conclusionem intelligendam esse cum ea latitudine temporis, quam in 1a conclusione explicuimus quando tenemur ad actum charitatis in tempore instanti physico mortis, et tempore non multum distanti a morte, in quo periculum grave agnoscat.

Sed obiicies quia ratio Divi Thomae explicata num. 66, si non detur ea obligatio eliciendi actus charitatis in 1o instanti physico usus rationis, poterit contingere, quod peccatum originale coniungatur cum solo veniali: et hoc est contra illam Providentiam: ergo datur obligatio eliciendi actus charitatis in 1o instanti physico usus rationis, maior probata a Nobis est, et explicata num. 67, probatur vero minor: quia ille homo existens cum originali, et veniali nullibi puniretur: non enim in inferno, ubi nullus est qui non habeat peccatum mortale personale: non in purgatorio, quia ibi soli iusti puniuntur; non in limbo, 77

nullus est dolor sensus, qui correspondet peccatis personalibus: ergo in hac providentia nullus locus est in quo puniatur ille, qui cum peccato originali et solis venialibus excedit: ergo in hac providentia peccatum originale non potest iungi cum solo veniali.

Resp.

78 hoc inconveniens non vitari, etiamsi admittatur ea obligatio elliciendi actus charitatis in primo instanti usus rationis, ut probatus est num.º 67. ac proinde debet exhibenda est solutio huius difficultatis, ad quam dicimus hoc non verum quod puer cum originali et veniali decedat, immo in hac providentia hoc est impossibile, sicut impossibile est quod praedestinatus moriatur in peccato mortali, quia sic moriens damnaretur, quod repugnat praedestinationi. Haec autem impossibilitas est ex scientia Dei, ac proinde non aufert absolutam libertatem, et contingentiam, ita supposita dispositione divina, quae nullus locus destinatus est, non potest contingere, quod adultus moriatur cum originali, et solis venialibus, quia ita morienti nullus locus destinatus est, quod si Deus permitteret aliquem ita mori, ipse provideret locum quo illud peccatum puniret. Nec ideo est minor argumenti et ad illud probatio, omisso enim mente, deducit ibi ad simplicia, ut constat ex dictis, ita similiter dicit Deum potestate absoluta, homini decedenti cum originali et veniali infligendam esse aliquam poenam sensus temporalis correspondentis veniali, et aliquam poenam aeternam damni correspondentis originali. Ita probabilissimus est et mihi videtur verus, peccata venialia neque in inferno puniri in aeternum sed solum mortalia, ita Arri. de charit. disp. 36 sect. 2.ª

79 Obiicies. ex S. L. v. Barisez relata num.º 67.

confesio sacramentalis et Baptismus ñ obligant iure divino nisi in articulo mortis: ẽ preceptum charitatis actibus solus obligat in articulo mortis: cõ legitima est a pariter nos, preterquam quod nullus dat preceptum hunc, neque ecclesiasticum charitatis erga Deum. ãns vero probatur ex D. Thoma in additione ad 3.am partem quest. 6. art. 5. corpore, ubi ait: quae sunt de necessitate salutis tenetur homo in hac vita implere, ideo si periculum mortis immineat, etiam per se loquendo obligatur aliquis ad confessionem faciendam vel Baptismum suscipiendum; et actus charitatis est etiam de necessitate salutis: ergo solum in articulo mortis dat obligatio illum elliciendi. Confirmatur quod preceptum contritionis non obligat per se extra articulum mortis saltem de iure Divino: ergo neque preceptum actibus charitatis. ãns videtur doceri a D. Thoma loco citato, ubi asserit contritionem solum obligari quando obligat confesio sacramentalis. Consequentia vero et ipsa apparet, tum quod preceptum contritionis includit preceptum charitatis et etiam e contra saltem virtualiter: cum non plus obliget preceptum charitatis quam preceptum contritionis post admissum peccatum. ergo si preceptum contritionis non obligat per se extra articulum mortis non itis obligabit preceptum charitatis usque ad illum articulum.

// Ideo eodem modo discurrendum esse de Baptismo, confesione sacramentali, et de contritione post admissum peccatum, ac proinde non posse hoc differri usque ad articulum mortis, si articulum liite differat ultra tempus quo actu amoris elliciendo detrahatur: quoniam his omnibus eadem ratio militat, quae circa preceptum charitatis erga Deum. Sanctus Thomas loco citato solum docet preceptum confesionis, et Baptismi, maxime et precipue obligare in articulo mortis, non autem negat etiam in vita aliquando obligare. et idem docet de precepto contritionis post admissum peccatum, et quidem ut bene advertit Ledesma citatus num.o 75, preceptum Ecclesiasticum confesionis et susceptionis Eucharistiae semel in anno est declaratio obligationis 80

et precepti Divini, et quasi explicatio obligationis Divinae, licet insuper addat novas obligationes, novas quae poenas transgredientibus ea precepta, quae immediate pendent a precepto Ecclesiastico obligant iure Divino, idque indicavimus de precepto Baptismi. Nam certe qui ex professo vellet differre susceptionem Baptismi usque ad mortis articulum non posset excusari a culpa gravi neque a contemptu amicitiae Divinae, ex his dictum sit quod ad Argumentum et Dispositionem Dicendum sit : —

Magist. in lib. 3. dist. 37.

Sectio 6.a

An preceptum diligendi Deum sit naturale, vel supernaturale?

Preceptum illud dicitur naturale quod ita obligat, ut etiam in statu naturae obligaret, seu nulla supposita elevatione creaturae rationalis ad finem supernaturalem. in hoc sensu preceptum non occidendi, et non furandi dicuntur precepta naturalia, quia stando precise iure naturae homicidium et furtum prohibitum est, eiusque malitia viribus naturae cognosci, et vitari potest. illud vero dicitur preceptum supernaturale, quod obligat supposita elevatione creaturae rationalis ad finem supernaturalem, et cuius obligatio cognosci, aut impleri non potest solis naturae viribus, sed per auxilium, aut gratiam supernaturalem. ita preceptum de habendo actum fidei de Trinitate est supernaturale: quia talis obligatio solo naturae lumine non potest cognosci, neque adimpleri sicut oportet, nisi auxilium gratiae supernaturalis accedat. quapropter preceptum naturale solum obligat ad actum naturalem; precepto vero supernaturali non satisfit nisi per actum supernaturalem. An vero actus fiat supernaturalis ex motivo seu formali vel ex principio, a quo elicitur effective, modo enim hic non est definire.

Alii sunt qui negant dari preceptum supernale diligendi Deum super omnia, ergo talis dilectio Dei sit impossibilis naturaliter. Ita d. Bargios l. 2. disp. 195 cap. 2. alii vero negant hoc preceptum naturale diligendi Deum, ergo talis dilectio non sit virtus neque possit attingere Deum ut unitate bonum. Ita Bannes 2a 2e quest. 44 art. 1o dubio 1o 91. 2a. caetanus vero 2a 2e quest. 109 art. 3. negat id preceptum naturale diligendi Deum diuisum a precepto religionis, quando docet amorem Dei qui haberi potest naturaliter, non pertinere ad amicitiam et charitatem, sed ad cultum Dei, et religionis. alii denique admittentes possibilem amorem naturalem amicitiae erga Deum, negant talem amorem esse sub precepto, ita Canisius disp. 74 dubio 2. sed contra hos omnes dicendi modos est resolutio quest. opposita 82

Conclusio 1o sit. preceptum diligendi Deum super omnia est naturale: ac proinde datur preceptum naturale dilectionis Diuinae. est communis inter theologos et colligitur ex D. Thoma 1a 2e quest. 100 art. 3o ad 1um ubi docet precepta charitatis erga Deum, et proximum esse precepta legis naturae, et per se nota. quod hunc Idem etiam docuit Scotus in 3o dist. 27 et P. Suarez hic disp. 9 sect. 1a. probatur haec 1o conclusio a priori: illud est preceptum naturale factum, sicuti pure naturae obligaret et cuius obligatio cognosci, et ad impleri potest viribus naturae. sed ita se habet preceptum diligendi Deum super omnia: ergo hoc preceptum est naturale. probatur minor: quia solo naturae lumine cognoscitur Deus esse summum bonum et diligibile: et preterea actus correspondens illi cognitioni est naturalis voluntati: ergo solo naturae lumine cognoscitur, 83

et impleri potest viribus nec obligatio amandi Deum
super omnia. Ant. probatur: quia omne id, quod naturaliter potest co-
gnoscere intellectus potest voluntas appetere, at intellectus vi-
ribus naturalibus potest cognoscere, Deum esse diligibilem
super omnia: ergo voluntas naturaliter potest Deum diligere
super omnia. maior haec videtur certa; quia naturale obiectum
voluntatis est omne id, quod naturaliter potest intellectus cognosc-
ere practice, voluntas enim fertur in obiectum ut cognitum
ab intellectu, ac proinde fertur naturaliter in obiectum naturaliter cognitum.
84 Deinde
exemplificatur haec ratio: quia homo lege naturae tenetur cognoscere
Deum, et illum colere, et honorare per religionem: ergo etiam
lege naturae tenetur diligere Deum super omnia: quia hoc praece-
ptum et obligatio est naturalis. Ant. est evidens ex experi-
entia et omnium nationum consensu, quarum nulla
est adeo barbara, quae non agnoverit obligationem
tribuendi Deo summum cultum. Cons. vero probatur: nam
ideo homo lege naturae tenetur colere Deum summo cultu,
quia naturaliter cognoscit Deum esse summe colendum;
sed etiam homo naturaliter cognoscit Deum esse summe dili-
gendum: ergo etiam tenetur homo lege naturae diligere Deum
summe seu super omnia. et quidem si semel ad-
mittatur obligatio naturalis amandi Deum, debet esse super
omnia, quia amor Dei aequalis aut inferior
amore aliarum rerum, quae obviè breviter est actus inordi-
natus et vitiosus, qui a recta ratione etiam naturali dicta-
ri non potest.
85 Dubitari [illegible] de [illegible], praesertim Caietanus
et Bannez, praeter praeceptum supernaturale religionis, dari
aliud praeceptum supernaturale charitatis: et praeter praeceptum
naturale religionis, dari etiam praeceptum naturale diligendi Deum

cti ut certi eredebat versorum admiuis suppono. pbo
cog: q sicut in statu elebationis per precepta
supernalia ordinatur creâ supernaliter in Deum:
ita in statu nê per precepta nâlia ordinatur creâ
naliter in Deum. sed nō sufficienter ordinatur super
nâliter per preceptum supernâle religionis: ergo
ordinatur sufficienter nâliter per preceptum nâle
religionis ac proinde debet dari diuis preceptum
nâle amoris erga Deum. Probatur q amor erga Deum - Ni
naliter nō potest pertinere ad preceptum religionis:
ergo debet pertinere ad preceptum nâle diligendi
Deum. probatur ans: q religio est virtus moralis
quae non versatur immediate circa Deum, sed circa cultum
ipsi debitum, ille vero amor immediate versatur circa
Deum quatenus hic et obiecto finali adaequato, licet nâli
seu naliter cognito: ergo etc. 66

Probatur 3 eadem dc. dic-
tamen nâle dicis iubet facere id, quod necessarium
est ad vitanda graues Dei offensas: sed ad hoc
necessarium est diligere Deum super omnia appretiatiue:
ergo haec dilectio cadit sub precepto seu obligatione
nâli. maior quae poterat esse dubia, probatur: q
rō nâlis dictat peccatum mortale fugiendum esse
nos ob peccatum mortale contra precepta nâlia est etiam
contra ius nâle: ergo ipsa rō nâlis iubet facere, quod
necessarium fuerit ad vitandas graues Dei offensas. patet
haec coā: quia rō dictans assequutionem alicuius
finis, dictat etiam nâliter exsequutionem mediorum ad
finem talem necessariorum. Probatur ex bi doctrina Doctorum
asserentium omnia precepta decalogi esse precepta
naturae, seu legis nê. sed preceptum diligendi Deum T.

est precepti Decalogi, et reducitur ad illud Decalogi ut diximus num° 38: ergo est preceptum naturale, seu legis naturae.

47 Sed dices 1° cum D. Baiano: amor Dei super omnia est impossibilis naturaliter: ergo non datur preceptum naturale diligendi Deum super omnia. Ant. cons. probatur quia impossibili ea ratione qua est impossibilis, nulla potest dari obligatio neque preceptum. Ant. vero probatur 1°: quia amor Dei super omnia est nata sua pugnans cum peccato, estenim conversio ad Deum, et ultima dispositio ad gratiam: sed operatio quae est nata sua pugnans cum peccato, et sit ultima dispositio ad gratiam non potest esse naturalis: ergo amor Dei super omnia non potest esse naturalis. Probatur 2° idem ant.: quia amor Dei super omnia includit absolutum affectum placendi Deo in omnibus et vitandi omnia peccata mortalia: sed homo solis suis viribus non potest placere Deo in omnibus neque vitare omnia peccata mortalia: ergo homo solis suis viribus non potest habere amorem Dei super omnia: ergo hic amor est naturaliter impossibilis. Probatur 3° idem ant.: quia amor Dei super omnia debet haberi propter bonitatem Divinam: sed eo ipso quod habeatur propter bonitatem Divinam nequit esse amor naturalis: quia bonitas Divina est motivum formale et specificativum amoris supernaturalis; duo autem actus specie diversi non possunt ab eodem obiecto formali specificari: ergo amor Dei super omnia debet esse supernaturalis, et consequenter repugnat amor naturalis Dei super omnia.

48 Plura in hoc argumento adstringuntur, quae a nobis ponuntur supponenda, quae ex ponenda sunt quando theologi tractatione[m]

pertinent et precipue adeo, in quaerendo facto di
uitis necessitatis g[rati]ae. ad opera honesta. Tandem probatur
ad argumentum bonae vitae. Deo negandum, ad illius pro-
bationem neg[o] minorem: q[uia] h[om]o in statu hoc n[on] elebat[ur]
aversus per peccatum a Deo. vt authore g[rati]ae, et fine
supernali; per amorem autem n[atur]alem Dei, solum conuersus
ad Deum vt authorem n[atur]ae, et finem n[atur]alem: ergo per illum amorem
n[atur]alem n[on] conuertit h[om]o ad Deum, a quo aversus erat per
peccatum. vnde ille actus n[atur]alis n[on] opponitur peccato habi-
tuali, neque est vltima dispositio ad g[rati]am supernalem.
q[uia] vltima dispositio ad g[rati]am debet esse perfecta retrac-
tatio peccati, et perfecta conuersio ad Deum, quod explicatur
doctrina illa communi quod Theologi quam docet S[anctus] Thomas
in 1o 2ae q[uaesti]o 89 art 6 et S[ancti] Suarez 2
de actibus humanis ad finem, ubi scilicet infantes dece- N. B.
dentes cum solo originali habituros verum Dei cognitionem
n[atur]alem, verum quoque dilectionem ipsius super omnia post
hanc vitam, cum tamen infantes ij maneant perpetuo
aversi ~~a Deo~~ a Deo fine supernali, et authore
g[rati]ae, ratione peccati originalis: ergo peccatum originale, et
habituale in hoc rerum ordine, seu in statu eleua-
tionis n[on] repugnat cum amore n[atur]ali Dei super omnia.

Ad 89

Sep[ara]tis auxilijs Dei, concursu maiori dicendo mitto. h[om]o
solis n[atur]ae viribus n[on] potest vitare o[mn]ia peccata morta-
lia collectiue, vel ex motiuo meritorio, dicendo n[on]
potest vitare omnia peccata mortalia diuisiue N.
ex motiuo honesto n[atur]ali, nego minorem. Itaque nullum
peccatum potest vitari naturaliter ex motiuo meritorio
vitae eternae; q[uia] quilibet actus n[atur]alis est insufficiens
ad g[rati]am merendam et meritum supernale. vt d[ictu]m est cum Pelagianis

fides docet: ii quod non aliter vitat peccatum, nisi caritate
det ex motivo naturali et insufficienti ad meritum
vitae eternae, ex hoc autem motivo naturali non possunt
omnia mortalia collective vitari propter frequentes
occasiones, et difficultates servandi omnia prae
cepta naturalia; possunt tamen omnia vitari divisibile
re ad vitandum quodlibet peccatum in particulari habet
homo potestatem, et libertatem sufficientem, alioquin non
peccaret. Ita Tridentinus sess. 6 capite 23 asserit
iustum absque speciali privilegio non posse vitare
omnia venialia cum tamen impossibile sit, iustus habet libertatem
et potestatem ad singula vitanda; alioquin iustus
non peccaret admittendo veniale, similiter homo
solis suis viribus impotens est moraliter vitare omnia
~~veniali~~ mortalia collective, habet tamen sufficientem
potestatem et libertatem ad singula vitanda.

hec doctrina
90 Ita intelligenda est ut non excludat gratiam Dei quae
utique necessaria est homini pro statu vitiato
ad vitanda peccata etiam contra praecepta naturalia; praesertim
dum urget occasio transgressionis, vel tentatio vehemens
contra praeceptum naturale. Haec autem gratia est ordinis naturalis quae
removeat occasio peccandi, vel remittat tentatio
aut minus duret, vel roboret hominem per tractionem
aut illustrationem utique naturali provocante ad amorem
illius virtutis contra quam urget tentatio quae omnia a Deo
sunt, quae non debent homini in statu illius circumstan-
tiis; sunt tamen aliquid naturale in sua entitate, ac per
medium illius possent non aliter vitari singula peccata
[illegible] adverte in hac re ordine et de facto omnia
etiam entitate naturale esse supernaturalia et [illegible]

mij, quatenus tribuit homini ordine ad obtinendum vitam eternam et ex meritis Christi, qui promeritus est nobis vitam cum gratia agere ordinis supernaturalis, et etiam ordinis naturalis, ut docent nostri Thomistae.

Ad 3^m probatur 92

antecedens. Juan Marinego miror: Quia utique potest distingui quod duo actus specie diversi habeant idem formale motivum, non est: Quia dominium actus dicitur specie ex modo tendendi in illud obiectum formale, vel ex prius dependent, et elicitur, vel omnino ex diverso obiecto in alio. Et proinde praesertim attinet, actus amoris naturalis differre specie ab amore supernaturali, ergo amor naturalis non exigeret prius productionem entis tanquam supernaturale, neque ad perfectionem requireret concursum supernaturalis Dei, sed sufficeret concursus Dei ut auctoris naturae, amor vero supernaturalis praesupponit concursum supernaturalis Dei, ut auctoris gratiae et per divinam efficientiam concursum entis tanquam supernaturali. Licet utique actus habeat obiectum bonitatis divinae ad hunc habent unde constituant diversas species.

Dico 3° ex Bañez

et Caietano. amor naturalis Dei non est virtus, neque habet specialem difficultatem: quia non datur praeceptum de tali amore. Antecedens probatur: Quia nulla est difficultas in eo quod appetens tendat in suum centrum sicut lapis ad terram nulla difficultate fertur deorsum, quia fertur in suum centrum: sed Deus est centrum creaturae et praesertim humani cordis: 2° est: probatur quia amor ille naturalis quo Deus non est amor amicitiae: ergo nulla est naturaliter inter Deum et homines, nec talis amicitia agnovit aliquis de theologis.

Sed non datur praeceptum de tali amore: Quia nullum Prim.

ponderis sunt. ad argumentum cuius antecedens est falsum dicendum est eius amor cottendi Deum naliter est virtus nalis, cui amor immediate tendens in ipsum Deum, non erit virtus: amor autem iste specialem habet difficultates, et adeo graves, ut non improbabiliter cum dicat omni gratis absque speciali gratia Dei. haec difficultas oritur ex sensibilia, et tentationibus contra illum amorem occurrentibus. quia amor iste non est mere complacentia in Deo, sed affectus efficax et obedientialis, quo homo debet cetera omnia contemnere, ne Deum offendat; quod maxime difficile est. ad confirmationem dicitur amorem illum esse amicitiam non aeque propriam ut hominis, tamen sit amicitia absoluta amicitia, quae est sufficiens et ratione ordinata naliter dari inter Deum et homines. Atque autem amicitiam approbavit inter Deum et homines lib 8 ethicorum cap 1. 4. lib 16 cap. 8. atque amicitiis vocat excedentis non aequalitatis.

93 Nos. Contra Dico sit, dari praeceptum supernaturale diligendi Deum amore supernali, ac deo certa est haec sententia, ut Dominus Suarez citatus num 49 asserat esse de fide errare quod Caietanum, et Almainum illis negantes. probatur ex Divo Paulo ad Timotheum 1 asserente, Charitatem debere esse ex fide non ficta; hoc est ex fide sincera et supernaturali per quam Deus cognoscitur ut author gratiae, et donorum supernalium: ad charitatem ex se supponens cognitionem supernalem est supernalis esse. probatur etiam ratione: quia in ordine ad salutem necessaria cadit sub praecepto, ut diximus num 21. 19: sed amor Dei supernalis est ad salutem necessarius quia amor nalis non sufficit ut est certum: ergo amor Dei

supernalis cadit sub praecepto ac proinde dari prae-
ceptum supernale diligendi Deum. Ipsa contritio
supernalis cadit sub praecepto ut convenit: ergo
etiam cadit sub praecepto amor Dei supernalis. Consequent-
ia est perspicua, quia amor Dei supernalis includitur
in actu contritionis supernalis. 94
Pater Dominicus citatus num.
82 videtur utrique dicto opponi quatenus averit prae-
ceptum charitatis solum obligare ad amandum Deum
propter ipsum, abstrahendo ab eo quod talis amor sit
naturalis, vel supernaturalis, ac proinde nullum fieri prae-
ceptum per amorem naturalem aut supernaturalem. Probat 1°
quia non possumus discernere amorem Dei naturalem ab amore
supernali: ergo neuter charitate praecipitur. Probat ad secundum
quia non possumus obligari charitate ad id, quod charitate
non cognoscimus, neque discernimus. Probat 2° ex
doctrina, quia non praecipit nobis id, quod non est in nostra
potestate: at quod amor Dei evadat naturalis, vel
supernalis non est in nostra potestate: nam qui habet principia
supernalia necessario elicit amorem supernalem; qui
vero non habet ea principia necessario elicit amorem naturalem.
Ergo non praecipit nobis neutrum amorem naturalem, vel supernalem
charitate. 95
Sed haec licet subtiliter sint excogitata
placere nobis non possunt, quia propter ea quae nostra
dicta probavimus; quia si ex hac doctrina sequeretur,
nullum actum supernalem nobis praecipi, non actum fidei, neque
spei, non actum contritionis, neque alicuius virtutis, quod plane
absurdum est, et inauditum. Ad primum dico, amorem
Dei naturalem posse a nobis probabiliter discerni, et discerni
ab amore supernali, licet non possit evidenter

et hoc sufficere ut cadat sub precepto. ad cuius dicendum est actu fidei, et contritionis, qui actus utique supernaturales precipiunt, licet eorum supernaturalitas non possit a nobis evidenter cognosci, neque evidenter distingui ab actibus naturalibus circa easdem virtutes; ad 2um probatum dicta amor supernaturalis Dei esse impossibilis, sed si est supposito auxilio supernaturali sufficienti; quod hoc auxilium non imponit. Nobis necessitatem amandi simpliciter, neque amandi intense, sed remisse, quia ubi homini instructo gratiam et consortio supernaturali caritate precipit amor supernaturalis qui illi liber est, et homini non habenti principia supernaturalia caritate precipit amor naturalis.

96 Infertur 1o ...
omnino homines etiam ethnicos et infideles teneri ad amandum Deum, quod est quod precepta naturalia, seu iuris naturalis obligant omnes viventes, et participes ipsius naturae rationalis, et preceptum diligendi Deum naturale est. ergo est. infertur 2o: ethnicos non habentes cognitionem supernaturalem Dei satis facere precepto diligendi Deum per solum amorem naturalem: probatur, quia nemo tenetur ad impossibile: sed homini non habenti cognitionem supernaturalem Dei est impossibilis amor supernaturalis: ergo est. infertur 3o: fideles habentes principia supernaturalia, et capaces fidei teneri ad amorem supernaturalem. ratio est quia in potestate talis hominis est elicere actum supernaturalem. talis autem actus est necessarius ad salutem, ut diximus num. 93. infertur 4o per amorem supernaturalem satisfieri utrique precepto tam naturali quam supernaturali diligendi Deum. ratio est, quia amor supernaturalis perfectionem continet naturalis; precepto autem recte satisfit per actum, qui perfectionem continet circa tale preceptum.

Quest. 3.

De precepto charitatis erga nos ipsos, et proximos.

97 Dico 1° lumine ... dari preceptum negativum, prohibens odium quo nos ipsos inordinate, quo vellimus destructionem nostram, vel aliud malum grave. Quia quelibet entitas naturaliter in suum bonum inclinat, et propendeat; ... ergo ... qui ~~reddit ut~~ vellet sibi malum quale; ... manifestum ex eo quod datur preceptum seu obligatio naturalis non habendi odio alterum: ergo a fortiori dabitur obligatio non habendi odio se ipsum: plus enim in bonum proprium, quam in bonum proximi naturaliter inclinatur homo. Est tamen difficultas, an ex charitate et dilectione supernaturali propter Deum teneamur nos diligere ... Tanquam difficultas stat communis ... cum Sto Thoma 2a 2e quest. 25 art. 4. et cum Magistro in 3° dist. 28, et ibi communiter ... qui de hoc precepto specialiter loquuntur, et precipue ... Filliucius tract. 28 cap. 1° quest. 1. Granado ... 3. de charit. tract. 6 disp. 1. et Reginaldus lib. 17 cap. 9. ~~...~~.

98 Probatur 1a Resolutio ex precepto quo tenemur diligere proximos sicut nos ipsos, in quo supponitur obligatio, et preceptum diligendi nos ipsos, ut docet Augustinus lib. 1° de doctrina christiana cap. 26 in illa verba: cum dicitur diliges proximum tuum sicut te ipsum, simul et tui a te dilectio non pretermittitur. Unde ita fit argumentum: amor proximi ex charitate et propter Deum precipitur. Ergo precipitur amor ex charitate, et propter Deum, quo nos ipsos amare ... et de nobis explicandum

quaest. sequenti. 2a vero prober dupliciter: 1o. quia
ho magis tenetur ex charitate providere sue saluti
et bono, quam alieno similiter. et velle aut procurare
hanc salutem proximo propter Deum est obligatio cha-
ritatis: ergo velle aut procurare sibi illud bonum propter
Deum etiam est obligatio charitatis. 2o. probatur ex
2a: nam ideo tenemur ex charitate amare proximum
quia proximus est capax beatitudinis, et eius vesti-
tudo cedit in gloriam Dei, ad quam ordinatur: sed
eadem ro[?] procurat est in Nobis: ergo etiam tenemur ex
charitate et propter Deum amare nos ipsos.

99 Non solum
autem hoc praecepto obligamur ad amandum nos ipsos
quoad animam, quatenus vellimus Nobis beatitudinem
propter Deum; sed etiam obligamur ad amandum nos ipsos
quoad corpus, quatenus ordinate vellimus, et servemus
vitam corporalem; quod est contra eos quos D. Augustinus lib. 1o de
civitate Dei cap. 23. 1o. Manicheus quos dicit a [?]
rentes corpus nostrum a Deo malo conditum esse, ac sic in
odio habendum, et ideo licitum, et laudabile putabant
se interimere. 2o. quos ibi Augustinus, et ex illo D. Thomas
quaestio 25 art. 5o. quod est: quia corpus nostrum est pars nostri
essentialis, ac sic indiligendum ex charitate: quia ex charitate
tenemur nos in toto diligere: praesertim quia corpus etiam
participat beatitudinem supernalem, licet inferiori
modo, ac sic potest et debet ex charitate diligi [?]
redundat, et gaudet illius bonum cedit in gloriam Dei.
et quod ipsa ratio naturali evidens est, proprium corpus amandum
esse, et non odio habendum contra illud Pauli ad Ephesios
5. viri debent diligere uxores suas ut corpora
sua, nemo enim carnem suam odio habuit.

Sed stare dicitur videtur oppositum D. Gregorius Homilia 27 in Evangelia asserens, amor quo quis se diligit, proprie esse charitas nec amicitia in haec verba: minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim proprie ad se metipsum habere charitatem dicitur; sed dilectio in alterum tendit ut charitas esse possit. Ergo nemo potest se ipsum ex charitate diligere. Haec charitas Theologica. Ergo etc. D. Gregorius vult quod esse ad alterum videlicet ad Deum quam ad obiectum formale et Primarium, ac principale omnium actuum charitatis Theologicae debet in alterum tendere, hoc autem non potest non potest tendere etiam in ipsum amantem, tamquam in obiectum materiale secundarium: hoc ratione erit amicitia cum Deo, non cum ipso amante. Vel amicitia potest dici strictius ac principaliter ergo potest charitas, quae est amicitia cum Deo. 100

Obiicietur 101

Primo testimonium Matthaei 22 ubi explicatis dilectione Dei et proximi ita concludit: in his duabus mandatis universa lex pendet et Prophetae. Ergo duo tantum sunt praecepta charitatis, ac principaliter non datur praeceptum diligendi se ipsum ex charitate. Sed Kuniet aliis Sanctorum testimoniis facile solvitur ex D. Thoma praeceptum diligendi nos ipsos esse notissimum esse ac principaliter necessarium non fuisse, quod tale praeceptum in particulari exprimeretur. est satis indicatum in praecepto diligendi proximum ut ex D. Augustino supra Reddimus praeterea praeceptum diligendi proximum est diligendi illum sicut te ipsum ac principaliter est etiam praeceptum te ipsum diligendi: ergo praeceptum duplex et compositum ex duplici obligatione diligendi proximum et te ipsum.

Tandem obiicitur, odium sui ipsius commendari, 102

et precipi[illegible] Dño Luce 14 qui venit ad me et non
odit animam suam non potest meus esse discipulus, et rursus
alias, quod eius sese in cultum ... D. ... acriter reprehen
dunt amatores sui et amores proprios velut deum
in alios fontes proscribunt, è contra vero in aeterno pon
commendant à deus sui opinionibus. amor ... vero
honestus, neque preceptum est, si quidem illum ...
laudari, atque precipit. Dei dupliciter lectio D. Thome
lectione 9 in capite 5 epistole ad Ephesios, nos debere
in dio habere ... amorem nos infra Deum ... ordina
tam dilectionem operatione ... malorum hodie ...
est ita ... plurimus textus Luce num.º 40. ... Rel.
hodie commendatur à Christo Domino et à D. ... David ...
esse affectus quo homo suum appetitum frenat, probat
que inclinationes ... quod hodie non oppressum ...
potius elicitur à charitate quamquam amor charitatis fert
in bonum eius proprium, conforme rationi, ac quidem opponitur
amori proprio inordinato, de cuius nos ipsos ... atque
amemus, vellimus que vitam meri, eius amittere de
amititia Divina ... amor proprius merito reprehendum
ut omnium malorum origo. Itaque ... Augustinus
prosequitur D. Augustinus tracto 51 in Joa ... et
D. Chrisostomus tomo 3 Homi. 66.
Porro autem obligat
103 hoc preceptum diligendi se ipsum pluries in vita sicut
enim diximus de precepto charitatis quà Deus obli
gare ad non differendum per longum tempus dilectionem
Dei, ita obligamur ad non differendum per multum
tempus dilectionem Nostri propter Deum. Et specialiter
urget obligatio huius precepti quotiescumque eterne
saluti nostre spirituali aut corporali prospicere

Quia autem casus qui sunt parvi disputabimus ostendamus, ubi ordinem charitatis explicabimus parte disputationis 4 ubi de vitiis illi contrariis agendum est. Ad implendum autem preceptum hoc quo nobis amamus beatitudinem ut Deum semper laudemus, et nunquam offendamus: hac enim est amare nos propter Deum. Tandem adverte plures excusari a culpa transgressionis huius precepti propter ignorantiam illius invincibilem. Viri autem qui sunt eruditi de hac culpa se accusant dicentes et in specie, vel in alio ex fine et in genere quando dicunt, se non ordinate diligere, et non propter Deum aut propter motibus honestis.

Sed fortasse alicui videbitur 104
ex hoc precepto diligendi se ipsum quoad vitam spiritualem inferri quodlibet peccatum esse duplex. Ut patet quia duplex preceptum specie diversum, videlicet quia hoc preceptum se diligendi et preceptum illius virtutis quae quaevis particulari esset. Hoc autem totum quod factum est in Conveniencia in Nostris deductis est numero 14, quia quae ad mittunt preceptum habendi charitatis habitualis inferri vero probatur: quia quodlibet peccatum mortale nobis adimit vitam spiritualem animae et est nobis valde nocibus et periculosum: ergo quodlibet peccatum mortale est contra charitatem erga nos ipsos. Confirmatur: quia si quis vellet sibi aliquo hoc unica causa nocumentum malum corporale peccaret contra charitatem erga se ipsum: ergo qui sibi vult damnum spirituale magnum peccabit contra charitatem erga se ipsum: at quodlibet peccatum mortale est damnum spirituale magnum committenti: ergo etc. 105

Reo

precepto charitatis quâ non ipsos n obligari evitare spiritualia hoc est ad ipsos n habentur conservanda, q. hoc nullus est speciale preceptum. ut probatus est nobis est numº 9: obligamur ille precepto charitatis ad amandum deum, et obtinendum nobis salutem eternam, seu beatitudinem: ac proinde homo tenetur vi huius precepti non decedere ex hac vita in peccato mortali: hoc enim est medium necessarium ad obtinendam beatitudinem, ergo peccat contra hoc preceptum, qui vult semper manere in peccato mortali, aut qui expresse nollet sibi beatitudinem quod non evenit cuilibet peccanti ut ex se notum est: et ideo non quodlibet peccatum est contra charitatem erga seipsum: unde addito quo probatus est necessario est. credo contrationes similiter dico ante contra: quod obligatio evitandi damnum spirituale oritur ab specialibus preceptis, quibus prohibentur singula peccata quae damna sunt spiritualia; obligatio vero evitandi damnum corporale non provenit ab alio precepto, ac proinde precepto charitatis debet provenire: simile argumentum posuimus, et dissolvimus numº 77.

Quest.º 4ª

De precepto diligendi proximum in particulari.

Sectio 1ª

Quid sit proximus et quot modis possit diligi.

106 Antequam nunc et obligationem huius precepti aperiamus, necessarium est premittere quis sit proximus, quae difficultas in parte diversa fuit apud veteres antiquos peritos et sapientes: alii enim solos iudeos, alii solos virtuosos, et solos amicos proximos iudicabant: at hoc ex

limitationes Xpti Dominus ex illius doctrina que nos [illegible] sit proximus exponit illa parabola. Iumentis [illegible] succurrentis Iudeo sauciato et semivivo qui in latrones inciderat, ut habetur Lucae cap. 10. ex qua parabola colligunt interpretes omnes hominis esse proximus etiam si ipsius non sit neque amicus, neque [illegible] suus, ut videri potest apud Doctorem Maldonatum in expositione huius parabolae, nam samaritanus amicus non erat Iudeo, sed hostis, neque illius ipsius reputabat nec [illegible] religionis professionem; proximus tamen illi fuit, quia misericordiam fecit in illum, unde [illegible] usque alterius ope indiget aut indigere potest proximus illius est, talis est homo quilibet [illegible] alterius quapropter D. Augustinus epistola 52 proximus hoc loco non sanguinis propinquitate sed [illegible] societate [illegible] sit, in qua socii sunt omnes homines.

Nec solus proximus est ille qui indiget sed etiam qui opitulatus est succurrit, etiam si ipse non indigeat, quod expressit D. Augustinus lib. 1° de doctrina Xpiana cap. 30, idque colligit ex parabola samaritani [illegible] quod samaritanus proximus erat Iudeo sauciato quod illi succurrit; quibus samaritanus non indiguerit Iudeo sed potius e contra, unde Stus Augustinus infert et ex eo Stus Thomas hic quest. 25 art. 10 Stos Angelos nobis esse proximos, quia ab ipsis multa beneficia nobis impenduntur, licet ipsi nostra ope numquam indigeant, quibus vero rationes proximi bene explicat per indigentiam aut opitulationem alterius, [illegible] per suos [illegible] non tamen [illegible] in alio in ea indigentia aut opitulatione, sed [illegible] in

Lat ille

in communicatione et similitudine naturae rationalis est fundamentum obligationis succurrendi alteri. Et forte in dignitate et in hac participatione naturae rationalis fundatur obligatio naturalis diligendi proximum.

Sed quia illos omnes

108 Rationales evexit ad finem supernaturalem, non solum inter se communicant in similitudine naturae rationalis, sed etiam in communicatione Beatitudinis supernaturalis et immediatis adipiscendae: quia per proximum Christianè accipitur omnis creatura rationalis similis in statu capacitatis obtinendi Beatitudinem supernaturalem, et ut sic fundat amor supernaturalis, seu obligatio diligendi proximum in ordine ad Beatitudinem, et quatenus omnes sumus concives, et domestici Dei, filii quoque ejus per gratiam. Hanc dilectionem in finem supernaturalem docuit Christus Dominus ex parabola Samaritani: Nam in sensu mystico Samaritanus est ipse Christus, vulneratus Adamus et caput humani generis sauciatus, et ab ipso Christo curatus ut Beatitudinem obtineret, ut explicant Augustinus, Cirillus et alii quamplures interpretes apud Maldonatum. Unde proximus in vera rationalis capax Beatitudinis, quem explicatus ex D. Thoma desumptus omnes Theologi docent.

Infertur 1°

109 Christus Dominus ut homo est, esse proximum quod et si est ejusdem naturae rationalis nobiscum, et particeps ejusdem Beatitudinis, quod ex professo D. Augustinus citatus num. 107. Infertur 2°. Sanctos Angelos nobis esse proximos etiamsi, quibus mutua ope non indigeant, et quibus nos eorum ope non indigemus. Ratio est, quia sancti Angeli similes nobis sunt in natura rationali, et

et int se, et eis sunt capaces ey Beatitudinis supernalis quod soly requirit, ut sint Nobis, et int se proximi. idq que dicendus est de hominibus, qui Beati non sunt. unde pro. infertur 2°. oes omnino homines viatores esse proximos etiā si sit peccatores, infideles, aut inimici nostri. quoniā homo Bt est capax beatitudinis, et particeps nae rationalis, et hoc precipue constat ex Parabola Samaritani et Pluribus probatur D Paulo ad Romanos 13 asserente dilectionē proximi servari legē Dei, a adulterando occidendo etc. unde D Augustinus infert oes homines proximos esse: quia adulterium etiā cu uxore peccatoris in fidelis aut inimici prohibitum est. sicut etiā homicidiu cuius cunque hominis: quo etiā dilectio, et fundamenti eius: scilicet nō proximi, extendit ad oēs homines. Infert 4. animas purgatorii nobis et int se esse proximos propter similitudinē in nā rationali, et capacitatis Beatitudinis supernalis.

Infert 5. demones nō esse proximos neque int se neque nobis, nō est: quia demones roe status damnationis sunt incapaces Beatitudinis, et bonorum supernalium: sed ad roem proximi requiritur capacitas Beatitudinis supernalis et similitudo in mediis ad illā consequendam: ergo etc. preterea quia demones nō possunt redamare proximos, atq licet nō redamaret, debet habere capacitatem ad Redamandum. idq que dicendus est de hominibus damnatis propter eandem roem: nā licet sint ejusdē nae rationalis nobis, cū nō sint capaces

Beatitudine divinae participes neque capax, ut re-
quiritur ad hoc proximus, et hinc peccator qui est
in via, et in statu vitae capax Beatitudinis divinae
ad hunc proximus est, quod status ille est auferibilis, ac
proinde peccator absolute loquendo est capax Be-
atitudinis divinae, quod capax est ut peccator non sit, quod
non convenit in damnatis, sive hominibus, sive
Angelis: quod status Damnationis non est auferibilis, nec du-
rante hoc statu, datur capacitas Beatitudinis divinae.

Proximus
LII autem diligi potest effective vel affective quoad dictum
dilectionis praeceptum de diligendo proximo. Proximus effective diligitur
quando ipsi exhibemus opera externa beneficientiae, vel
quando non ~~...~~ amor inferimus, et uno verbo haec dilectio
effectiva consistit in observatione mandatorum quae in
bonum proximi constituta sunt, affective vero diligitur
proximus per actus internos amoris erga ipsum. prima
diligendi dicitur dilectio implicita, secunda vero dilectio
~~effectiva~~ explicita. Praeterea proximus potest amari
amore theologicae charitatis propter Deum, et potest
etiam amari amore charitatis naturalis vel supernaturalis
propter ipsum proximum: quando ut amor propter motivum aliquod
honestum creatum, ut propter sanctitatem, aut dona super-
naturalia quae in illo sunt vel quae in illo esse vellemus, tunc
amatur amore charitatis in genere supernaturalis; quando
vero amor tanquam medium ad ostensionem gloriae divi-
nae, vel in eius Beatitudine Deus complacet, tunc amor
propter Deum et charitas Theologica. Quaeritur difficultas
est, an praecepto charitatis erga proximum teneamur ipsum
diligere affective propter Deum, vel sufficiat diligere
proximum effective aut propter motivum creatum? ad cuius

difficultatis expeditionis sequentis sectio damus

Sectio 2a

An detur preceptum de dilectione proximi internae et supernaturalis Theologicae.

In hac materia certum imprimis est dari preceptum speciale negantibus, quo quilibet hodie proximi ad preceptum habile est: quod scilicet velle nos malum est velle malum proximus quae ipsi malum est et est displicentia in persona proximi, fundatur quae hoc obligatio in principio illo ex lumine noto, quod tibi non vis alteri ne feceris. certum est dari etiam preceptum positivum diligendi proximum, fundatur quae in eodem principio naturali et in communicatione eius ex rationalis et participatione eiusdem beatitudinis supernaturalis, quae omnia mutuam exigunt dilectionem. est etiam divinum hoc preceptum ut sitatur Mathei 22. diliges proximum tuum sicut te ipsum. quod in 1a epistola Canonica cap. 4 Sanctus Joannes repetit, hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum: extat etiam hoc preceptum in lege veteri Levitici 19 diliges amicum tuum sicut te ipsum; est autem amicus inter quilibet proximus, ut ubi ex hebraica origine exponunt inter proximos plura que testimonia non solum vertunt, sed etiam certum de fide, dari preceptum diligendi proximum. 113

Est tamen difficultas an satis fiat huic precepto externis tantum effectibus, vel requiratur etiam amor internus et affectibus, et quales debeat esse iste amor effectivus erga proximum? Lex iam docet, nos non tantum teneri ad amandum proximum actu interiori dilectionis, sed satis esse quod illum amemus effective per opera externa benefaciendo, ...

necessitas vrget et preceptum obligat, hanc docuit Scho[tus] in 3° dist. 30 quaest. unica et illum late probat eiusdem Coninc disp. 24 dubio et apud ipsum Lorca et Kwiz tomo 4 disp. 28 sect. 5a, est que tenens defenderet qui dicunt, preceptum diligendi Deum et nos ipsos non obligare ad actum internum dilectionis: quia non potest esse maior obligatio quam proximum, quam Deum et quam nos ipsos. Quarta docet dari preceptum dilectionis affectivae et internae erga proximum, at eius dilectionem non debere esse supernaturalem, nec theologicam, sed sufficere naturalem et propter motivum creatum; ita Caietanus qui Deut. 6° et Mathei 22° exponens hoc preceptum asserit illi satis fieri per amorem naturalem, quod etiam videtur sentire Navarrus in manuali cap. 14 num. 8. 5a sententia est, utique dari preceptum dilectionis supernaturalis erga proximum; et etiam dilectionem non debere esse theologicam et propter Deum, sed solum propter motivum creatum, honestum ita 8 et Granado tracta. 14 de charitate. Quae his consequentibus dictis impugnamus.

L 14 Dico 1°. dari preceptum de dilectione proximi affectiva et interna. ita docet Suarez disp. 5 sect. 5a. Becanus 2. 2. quaest. 44 art. 2 dubio 2°. Valentia disp. 3 quaest. 19 punct. 2 et colligitur 1° ex D. Thoma. Thomas Verus in locis supra aperte loquitur fuit adhibeto 4 art. 24 ad sum asserens preceptum illud diligendi proximum pertinere ad interiorem actum desumpsit hanc doctrinam ex D. Augustino lib. 1° de doctrina christiana cap. 28 ubi asserit omnes homines affectu diligi debere, affectus eos esse diligendos, quos sors quaedam nobis coniunxerit. probatur hoc dictum ex verbis Christi apud

Mathei 22. ubi dicitur preceptum diligendi proximum esse simile precepto diligendi Deum; et preceptum diligendi Deum obligat ad affectum amorem, et internum ut probavimus numero 31: ergo preceptum diligendi proximum etiam obligat ad amorem effectivum, et internum. Diligendi Deum et proximum simile

2° probatur, quia datur preceptum de dilectione inimici interna et effectiva: ergo etiam datur preceptum de dilectione effectiva, et interna universim cuiusque proximi. patet consequentia, quia non est maior obligatio diligendi proximum inimicum, quam proximum non inimicum ut est per se notum; antecedens vero probatur ex 5° Mathei: diligite inimicos vestros et benefacite. N.

iis etc. ubi distinguitur dilectio interna ab externa seu beneficentia, et utraque precipitur. Dilatur etiam hoc antecedens ex D. Thoma hic questione 25 art 9 corpore ubi ait: dilectio autem interior ad inimicum in communi quidem est de necessitate precepti; in speciali autem non omnino absolute, sed secundum preparationem animi.

Alia huius dicti probatio sumi potest ex obligatione conformandi opus externum cum actu interno in humanis. datur preceptum diligendi proximum effective, seu exercendi aliquando aliquos actus externos beneficentie et hoc nequit stare sine obligatione diligendi proximum affective, et interne. LLS

Ergo datur obligatio seu preceptum diligendi proximum affective et interne. Maior apud omnes constat: quia saltem de eo amore effectivo debet intelligi preceptum diligendi proximum. minor vero probatur: quia opus externum semper precipitur ut liberum, et ut imperatum ab actu interno; alioqui opus externum non esset actio libera neque humana, ac proinde non erit precepta. ita cui precipitur audire audire missam, precipitur etiam actus internus, quo vellit

ac dire mille, vera auditio mire sit actio libera
et humana qui hic obligatur amandi proximum ef-
fectiue, hic etiam obligatur amandi illum aliquo
actu interno et affectiuo. probatur haec consequentia: quia opus exter-
num beneficentiae proximo debet esse voluntarium, alioqui
non esset actus charitatis neque alterius virtutis: sed
ideo quod aliquid illud externum beneficentiae erga proximum
sit voluntarium, dari aliquem amor affectiuum erga proximum
quod velle bonum alteri, est illum amare, ut patet: ergo etc. Dico
116 2°: praeceptum diligendi proximum obligat ad amorem
supernaturalem, ita authores citati pro 1° dicto. probatur
ex testimonio Matthaei supra adducto, ubi hoc prae-
ceptum dicitur simile praecepto diligendi Deum: sed prae-
ceptum diligendi Deum obligat ad actum amoris sup-
ernaturalem, ut diximus numero 93: ergo praeceptum diligendi
proximum obligat ad amorem supernaturalem. ratio a priori est
quia tenemur diligere proximum in ordine ad finem super-
naturalem vitae aeternae: sed haec dilectio necessario est supernaturalis:
ergo tenemur diligere proximum dilectione supernaturali. maior
patet: quia si enim tenemur diligere proximum in ordine
ad bona et finem naturalem, quando tenemur velle illi et
concurrere in aliquibus casibus bona naturalia, multo magis
tenebimur velle illi bona supernaturalia, quorum est
capax cum per hanc capacitatem diuina elucet
in ratione proximi. minor vero ex eo constat, quod nos
actu supernaturali amamus nostram Beatitudinem:
et obiectum supernaturale actu naturali non potest attingi
talis ~~prae~~ obtineri: et similiter dicendum est de
amore erga proximum, quo illi amamus Beatitudinem
supernaturalem. utrum ergo haec dicimus probat sequentia

diliges proximum tuum sicut te ipsum.

maxime roborat.

Dico 2º. preceptum diligendi proximum obligat ad amorem charitatis Theologice. Itaque docetur ex D. Thoma hic quest. 44 art. 2º ubi statuit 117
preter preceptum diligendi Deum dari aliud preceptum diligendi proximum ex charitate charitas autem de qua ibi loquitur S. Dor, est Theologica, seu illa qua Deum diligimus. Adducitur etiam ex D. Augustino lib. 1º de doctrina christiana cap. 22, ubi advertit hominem non esse diligendum propter se, sed propter Deum; diligi autem propter Deum est diligi charitate Theologica. et item lib. 8º de Trinit. cap. 7 docet non unam eandemque charitate diligere Deum et proximum: sed Deum diligimus charitate Theologica et propter ipsum: ergo et proximum debemus diligere charitate Theologica et propter Deum. et in hoc precipue consistit similitudo huius precepti cum precepto diligendi Deum, nam sicut per preceptum diligendi Deum obligamur ad dilectionem Dei Theologicam et propter ipsum: ita per preceptum diligendi proximum obligamur ad dilectionem proximi Theologicam et propter Deum.

Probatur 2º. 3º nequit impleri preceptum diligendi 118
proximum nisi cum statu, vel qui constituat in gratia: nam adimpletio huius precepti est necessario coniuncta cum gratia et charitate: sed hoc preceptum obligat ad amorem Theologicum, et propter Deum: probatur: quia si satis fieret huic precepto per amorem naturalem aut supernaturalem non Theologicum adimpletio illius non erit coniuncta cum gratia ut est certum. Maior vero probatur: quia adimpletio huius precepti est necessario coniuncta cum observatione totius legis Divine: sed observatio totius legis Divine

est necessario coniuncta cum gratia et charitate ut constat: ergo observatio huius praecepti est necessario coniuncta cum gratia et charitate. Maior probatur ex D. Paulo ad Romanos 13 qui diligit proximum legem implevit: ergo dilectio proximi est adaequata impletio legis, ac proinde gratiam et charitatem. ideo D. Augustinus citatus num° citato notat, quod licet sunt duo praecepta charitatis erga Deum et proximum; saepe in sacris litteris ponitur unum ut sufficiens, quia non potest ab alio separari, ergo impletio praecepti diligendi proximum non potest separari ab impletione praecepti diligendi Deum: ergo utraque connectitur cum gratia et charitate.

229 Contra doctrinam his dictis explicatam obijcitur 1°. non dari obligationem diligendi interne aliquem proximum in particulari neque omnes in communi: ergo nulla est obligatio elliciendi actum internum amoris erga proximum. Consequentia quoad 1am partem videtur certa, quia nulla specialis ratio, cur tenear magis hunc proximum in particulari amare, quam vero alios; singulos autem amare in particulari est praeter impossibile. Consequentia vero quoad 2am partem probatur: quia diligere omnes proximos in communi est ipsis inutile: nam proximi sunt communiter nullum beneficium percepturi; et videtur satis obligationi erga proximum satis fieri per solam praeparationem animi ad succurrendum cuicumque indigenti nostra ope. Deo negando antecedens quoad 2am partem: quia praecepto charitatis obligamur ad diligendum affective omnes proximos in communi, ut constat ex D. Augustino et D. Thoma adductis num° 214. ad probationem dicimus, ergo dilectionem non esse inutilem proximis, quia deservit ad uniendum proximos inter se et cum Deo eodem vinculo charitatis. unde omnis beneficentia erga proximum indigentem nostra ope

Arguitur 1°. amor proximi solum praecipitur, quatenus cedit in bonum illius; quia praecepta circa proximum solum dant in praejudicium seu commodum proximorum: sed amor internus et affectivus non cedit in bonum proximi, sed solum opus externum beneficentiae erga illum: ergo amor internus et affectivus erga proximum non praecipitur, sed solum praecipitur opus externum beneficentiae erga illum. et hoc discrimen assignant inter obligationem diligendi Deum, et obligationem diligendi proximum: quia dilectio interna erga Deum, patet Deo, et cedit in cultum illius, ideoque cadit sub praecepto: dilectio autem interna erga proximum non patet proximo, neque cedit in bonum illius, et ideo non cadet sub praecepto. 120

Sed certe 121
hoc argumentum probat, nusquam dari obligationem elliciendi actum internum erga proximum; hoc autem falsum et absurdum est; quia filii debent interne amore prosequi parentes et viri interne debent uxores suas diligere, et praelati subditos, et quilibet suos benefactores ex gratitudine tenentur interne diligere; qui omnes non satis faciunt suae obligationi per mera opera externa, ut videtur certum. praeterea hoc argumentum probat non esse prohibitum odium internum proximi quod est plusquam falsum: quia sicut amor internus dicitur non cadere sub praecepto, eo quod per se non pateat proximo, neque cedat in bonum illius, ita diceretur odium internum non cadere sub prohibitione eo quod non pateat per se proximo, neque cedat in damnum illius. Ad argumentum ergo Deus admittit in ratione nostram, non est quod amor internus charitatis erga proximum deservit ad uniendum proximos inter se et cum Deo, quod in bonum proximi

cedit, et ex hac vñe orit beneficentia erga proximy indigentes, et quidē oratio interna, qua bonū proximi à Deo impetramus, sine dubio cedit in bonū proximi; licet ipsi n̄ pateat, nec sit opus externe beneficentiæ. omitto hic testimonium D. Bernardi repetere, quo solent oppositū Doctores uti, quia supra propositū est et num.° 87 explicatum.

122 Circa tempus vº quo instat obligatio huius præcepti iudico dicendum. Ex quo supra diximus de obligatione diligendi Deum vi Caelicet per accidens esse obligationem diligendi proximum, qdo talis amor iudicetur necessarius ad observantiam alterius præcepti circa proximum, vel ad vitandum [illegible] illius. per se autem obligat hoc præceptum ad n̄ differendum per multum tempus dilectionem proximi, sicut in aliis obligationibus et præceptis dicendum est, ob illa rationes quas diximus de præcepto diligendi Deum num. 75 vitandum advertendum est excusari a culpa transgressionem huius præcepti propter ignorantiam invincibilem talis præcepti vel temporis in quo eius obligatio instat.

Sectio 3a

Aliqua dubia circa dilectionem proximi expediuntur.

123 Ex dictis dum libri sext. initio supponitur, omnes iustos, sive viatores sive comprehensores diligi debere ex charitate, quod præceptum generale est de diligendo proximum, nemo autem potiori titulo proximus est, quam ille qui iustus est, et Deo magis iunctus per gratiam, quam doctrinam ad Angelos etiam extendimus, quia in illis eadem est ratio atque in hominibus; sunt enim rationales, gratiæ Dei et Beatitudinis supernaturalis capaces. quam illationem exprimit Suarez disp. 1. de charitate [illegible] ex S.to Thoma quæst. 25

art 10 ubi ait, angelos ex charit. diligi debere; et
ibi etiã docet, et ex ipsis cat. Maldonat. et alij. hic etiã
est doctrina D. Augustini citati num. [redacted] 107 ubi inter
proximos annumerat Sanctos Angelos.

Sed dubitari potest 124
qua pacto peccator debeat diligi ex charitate?
Res in peccatore diligendas omnes, seu personas
a peccato. Quoniã capax est Beatitudinis, et inter
proximos, culpa autẽ est impedimentũ Beatitudinis
et malũ proximi; quia propter ex charit. debemus
diligere peccatorẽ, quoniã, et capacitatem beatitud
inis; et ex eadẽ charit. debemus hodio habere
peccatũ eius, quia ad eã de virtute pertinet
amare bonũ proximi et hodio habere malũ illius
ita expositũ D. thomas in hac quest. 25
art. 6. quod elleganter et satis perspicue docuit Aug-
ustinus lib. 14 de civit. Cap. 6 in hec Verba Homo
qui secundum Deum vivit talis esse debet, ut nec propter
vitiũ oderit hominem nec amet vitiũ propter hominem
sed hoderit vitiũ, amet hominem. huius doctrine
ratio est, quod vitiũ seu peccatũ non aufert a peccatore
esse proximi, ut in ultimo num. 109. Ita tene tunc
proximũ diligere ex charitate ex sect. anti. quia vitiũ
seu peccatũ non tollit obligationem diligendi peccatorem.
Quod autẽ peccatũ proximi debeat hodio haberi, patet
quia malũ proximi quod debemus diligere, et
in hoc sensu legatur David Psalmo 118 iniquos
hodio habui, id est iniquos ut tales, seu iniquitatem
hominũ hodivi. hoc autẽ hodiũ perfectũ est ex
quo perfecte charitatis et illud Psalmi 138
perfecto hodio oderam illos. quia hodio peccati

proximi non minus perfectus est, quam amor personae peccantis specificative.

125 Sed dices tamen obligatos diligendi peccatores ut proximos, obiici possunt multa sacrae paginae testimonia in quibus homines Sancti multa et gravia mala imprecantur peccatoribus; ita Psalmo 9: Convertantur peccatores in infernum, et item Psalmo 67: Exurgat Deus et dissipentur inimici eius, et 1o Threnorum: Ingrediatur omne malum eorum coram te et vindemia eos; item Isaiae 6: Excaeca cor populi huius: ergo peccatores diligi non debent, quia non diligitur ille, cui mala gravissima volumus et imprecamur, aut ita imprecationes erunt vituperabiles, quod dici nequit. Dupliciter exponenda sunt haec et similia testimonia. Primo si dicamus, non esse desideria, sed praedictiones Prophetarum, ita ut modus ille optativus sumatur pro indicativo per figuram grammaticalem,* et sensus erit: Convertantur, idest convertentur; et sic de aliis: quare non erit imprecatio sed praedictio. 2o exponi possunt haec testimonia, quod illa sint imprecationes et desideria non ex odio personae peccatoris, sed ex zelo Dei et amore iustitiae Divinae, cui quisque potest iuste se conformare, iuxta illud Psalmi 57: Laetabitur iustus cum viderit vindictam; non quod est malum proximo, sed quatenus relucet perfectio iustitiae Divinae.

Enallage modi pro modo*

126 Dubitari potest 1o, an debeat diligi ex charitate reprobus, dum adhuc est viator? Resp. reprobus ex charitate diligendus esse, etiamsi nobis certo constaret de eius damnatione futura. Ratio est, quia reprobus dum est viator, proximus est, atqui proximos tenemur ex charitate diligere: ergo etiam reprobus dum est viator. Probatur maior, quia reprobus est capax beatitudinis dum est viator, hoc est quae

Nota

auxilia supernalia quibus posset eos sequi, nec reprobatio non ponit impossibilitatem seu impossibilitatem Beatitudinis, sed solum negationem fruitionis. Confirmatur, quia viator potest esse reprobus, et viatori tenemur diligere ex charitate, sunt enim proximi nostri in ratione quos alii ut nos ipsos. ergo etiam tenemur diligere reprobum dum est Viator.

Dices: ergo etiam tenemur ex charitate diligere daemones et damnatos. 127
Probatur illatio: quia quamvis impossibile est quod reprobus obtineat Beatitudinem, quia quod illam obtineat damnatus: sed non obstante ea impossibilitate reprobus debet ex charitate diligi: ergo et damnatus. Maior videtur certa: nam sicut implicat quod praedestinatus damnetur, ita implicat quod reprobus salvetur, confirmatur: quia non possumus desiderare, neque sperare Beatitudinem illi, quem evidenter scimus esse reprobum, ergo non possumus illum diligere ex charitate. nam diligere ex charitate aliquem est amare illi Beatitudinem propter Deum. Minor vero videtur certa: quia spes, et desiderium debet esse de obiecto possibili: ex suppositione autem quod sit reprobus non est illi possibilis Beatitudo. 128

Respondeo ad illationem. ad illius probationem nego maiorem: quia impossibilitas Beatitudinis in reprobo non opponitur libertati et contingentiae absolutae; impossibilitas vero Beatitudinis in damnato tollit simpliciter libertatem et contingentiam absolutam salutis. Ratio est: quia homo quamdiu est reprobus dum est Viator, habet auxilia supernaturalia et media, quibus absolute potest bene operari et salutem aeternam sequi; damnatus vero his omnibus caret, ac proinde est absolute impotens salvari, et salus aeterna illi est absolute

Infra

amplicat impulsus. in a priori huius discriminis est quod reprobatio ~~res~~ infert certam, seu necessitatem certam privationis gloriae quae supponit certam hominis liberi in peccato mortali. damnatio vero infert antem privationem gloriae, quae ratione sui et independenter quantum quae supponit infert impotentiam perpetuam gloriae. ad 3um rationem omitto quod non possimus sperare beatitudinem reprobo, neque tamen quod illi non sperarimus ~~sperare~~ desiderare beatitudinem quod desiderium solum petit quod obiectum sit possibile; spes autem etiam petit quod obiectum sit probabiliter saltem futurum. cum ergo beatitudo sit possibilis reprobo et diximus dum est viator; licet non sit futura; ideo possumus illam desiderare, non sperare. et certe Deus etiam reprobos amat, dum sunt viatores, et illis intendit beatitudinem: quia ~~Deus~~ vult omnes homines salvos fieri: ergo nos etiam possumus et debemus amare viatores licet certo sciamus esse reprobos.

129 Dubitari potest 3º an aliquis actus charitatis possimus erga damnatos exercere. Resp. ex D. Thoma art. 11º quaest. 25. damnatos nos posse ex charitate diligere quatenus vellemus illis existentiam et durationem ad gloriam Dei, et ostensionem iustitiae divinae: quia ita volendo conformamur voluntati divinae quae etiam vult existentiam damnatorum propter easdem causas: quia tamen per vim affectus non amamus aliquod bonum damnatis, quod merito est non existere et solum amamus iustitiam Dei quae ipsis mala est uno modo est, ideo talis affectus non est amor damnatorum multo minus amicitiae.

Sectio 4a

De obligat. dilig. di inimicos.

Inimicus in praesenti significat illum qui alterum iniuste 130
laesit aut iniusto hodio prosequitur; nam qui iuste laedit alium
et non ex hodio quam personae, ut iudex reum, inimicus illius
non est, inimicus autem debemus diligere personam
ad inimicitia, sicut supra diximus in separatione
personae a peccato, et quidem inimicitia seu inimicus ut
talis non debet diligi; sed potius a Nobis hodio ha-
beri, ut docet Sanctus Thomas in hac quaestione 25 art. 8.
Ratio est quia inimicitia revera est malum, et peccatum
proximi; sed malum et peccatum proximi non debet a nobis
diligi, sed potius hodio haberi ut diximus num. 124.
Ergo inimicitia non debet a nobis diligi, sed potius
hodio haberi; hoc hodium provenit etiam a charitate.
Nam sicut charitas inclinat in bonum proximi, ita
etiam aversatur malum illius. Solum ergo potest esse diffi
cultas an non obstante inimicitia teneamur
diligere inimicum, et qualis sit ista obligatio, et ad
quid praestandum inimico obliget? Et quoad primum attinet 131
certum de fide est, dari praeceptum diligendi inimicos,
ac propterea dilectionem inimicorum esse de necessitate
salutis, ita unanimiter Theologi cum Magistro in 3o dist.
30, et cum Sto Thoma citato num. ante. Expressum est
hoc praeceptum Matthei 5. diligite inimicos vestros et
benefacite iis qui oderunt vos ut sitis filii Patris
vestri: in quibus verbis non consilium sed praeceptum dari constat
ex communi interpretum expositione, et ex decisione
Concilii Cartaginensis IV cap. 93 et Arausicani capite
32. et ipsis met Christi Domini verbis innotescit.

ed quod requirit, ut simus filii Dei, non solum est consilium, sed praeceptum, quod nemo amittit filiationem Divinam per omissionem actus, qui tantum cadat sub consilio, ut certum est, cum ergo Christus Dominus doceat inimicos diligendos esse ut simus filii Dei; satis ostendit eam dilectionem esse sub praecepto, et non tantum sub consilio et iterum Matthaei 6.° si non dimiseritis hominibus nec pater vester dimittet vobis. ad autem quod est necessarium, ut Deus nobis peccata dimittat non est consilium sed praeceptum, ubi praeceptum non solum de non odio habendo, sed etiam de benefaciendo inimico expresse Paulus ad Romanos 12 si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitierit, da ei aquam.

132 Ratione autem probatur existentia huius obligationis et praecepti: quia inimicus, non obstante eius inimicitia proximus noster est, ut probavimus a numero 106. sed omnes proximos tenemur ex charitate diligere, ut saepe diximus: ergo tenemur ex charitate diligere inimicum, non obstante eius inimicitia. quod si aliquando, quod bene notandum, Doctores videantur insinuare dilectionem inimici pertinere ad perfectionem, ut Sanctus Thomas insinuat ad caput 5. Matthaei et Divus Augustinus in Enchiridio cap. 73. exponendi sunt de perfectione, quae debetur charitati, et debet esse communis omnibus, vel de dilectione effectiva inimici etiam extra necessitatem: quod licet diligere affectibus inimicum et illi succurrere in extrema necessitate, sit de necessitate praecepti, et sit perfectio, quae omnibus communis est, ceterum benefacere inimicis etiam extra necessitatem communem, et quod illis in particulari orare est solum consilium, et quod proprium perfectionis

singulari gradu perfect. quod sub precepto non
cadit ut ex dicendis clarius constabit.

Ex huc usque 133
dictis solum constat in lege gratiae et de facto dari obliga-
tionem diligendi inimicos, an vero ea etiam obligatio
fuerit in lege Mosaica et scripta, difficultas
gravis est et non curiosa, ex cuius decisione
etiam constabit, an obligatio sit naturalis. in hac
difficultate certum est dari in lege scripta prae-
ceptum diligendi inimicum ~~[illegible]~~ civilis seu civis dis-
sentionis, et [illegible] quo iudaeus tenebatur
diligere iudaeum quo ab ipso laesus esset in-
iuria vel damno. constat Levitici 19 non oderis fratrem
tuum in corde tuo, non quaeras ultionem, nec memor
eris iniuriae fratrum tuorum. simile praeceptum extat
Exodi 23 et proverbiorum 24 et saepe alias in
veteri testamento: solum ergo difficultas est, an
in lege scripta fuerit praeceptum, an saltem per-
missum odium inimici legalis et externi, seu alterius
religionis: ac si iudaeus non teneretur diligere
et posset odio habere nationes exteras, ut
Amorreos, Cananeos etc.? 134

Graves Theologi dicunt in
lege veteri praeceptum aut saltem permissum esse aliquod odium
inimicorum quod in lege evangelica prohibitum est. ita
Maldonatus et Salmeron apud citat et sequitur Pater
Granados contro. 3 de charitate disp. 5 sectione ita etiam omnes
de charitate disp. 24 dub. 7. [illegible]
desumitur ex verbis Christi Mathei 5: audistis quia dictum
est antiquis, diliges proximum tuum et odio habebis
inimicum tuum ego autem dico vobis etc. et ex Joannis 13

mandatum nobis do vobis, et diligatis invicem. Sic mandatum non est Novum quoad dilectionem amicorum quae etiam erat antiquitus praecepta, et videmus esse novum est quoad dilectionem inimicorum, ac praecipue hic dilectio non erat praecepta in lege scripta. Sic sunt etiam ingens Sanctorum Patrum authoritas, quorum testimonia adducit Maldonatus citatus, clarissimus videri illud Augustini lib. 1o de sermone Domini in monte, nec quod in lege dictum est, Odies inimicum tuum, vox iubentis iusto accipienda est, sed permittentis infirmo. eadem videri fluere sanctus Anselmi ad ea verba Matthaei, Ruperti lib. 5 in Matthaeum et D. Gregorii homilia 38 in Evangelia; sunt Sanctorum Patrum 4 est, quod in lege veteri fuerit mandatum iudaeis, ne amicitias cum antiquis barbaris inirent, sed potius eas vitarent et persequerent usque ad eorum internecionem. extat hoc praeceptum Exodi 34 et Deuteronomii 7. et 24, et 1o Regum 15. quod odium inimicorum in lege scripta permissum erat aut praeceptum: quia via damna inferenda ex iussu Dei non conveniunt cum dilectione inimicorum.

139 Ex his mihi non dubitandum, censeo in lege Moraica prohibitum esse odium inimicorum et impositum praeceptum de eorum dilectione: ac praecipue in lege Evangelica. Nihil nobis quoad hanc est praescribi. Ita Sanctus Thomas in 3o sent. dist. 30 quaest. 1a art. 1o. et ibi etiam scholastici quaest. unica et Suarez disp. 5 de charitate sect. 5 et gravissimi quique plures theologi quos refert P. Granado citatus num. 01 ante; probatur 1o. Quia tam praeceptum diligendi et non odio habendi inimicos est naturale quam praecepta naturalia etiam

in lege scripta obligarunt ~ praecepti diligendi
et non odio habendi inimicos, etiam in lege scripta
obligavit. ceterum ideo conat(?) maior. quod sumere
vindictam ab inimicis privata authoritate est contra
jus naturae: ~ appetitus vindictae seu odium inimici
est etiam contra jus naturae: ~ praeceptum diligendi et non
odio habendi inimicum est naturale quod affectus dilectio-
naria est ad servandam pacem, et societatem atque
iustitiam reipublicae. inimicitia autem non dat mihi
ius in vitam aut in bona inimici et ideo est contra jus
ea auferre propria authoritate. Confirmatur, quod obligatio
autem diligendi proximum est naturalis; ut pote fundata
in similitudine et participatione naturae rationalis
et capio quod homo suppositum affectus ad finem super-
naturalem, ipsa ratio dictat diligendum esse in ordine
ad bona supernaturalia: ~ inimicus etiam proximus
est, ~ obligatio diligendi inimicum est naturalis.
Ideo etiam obligati sumus ... quod noverunt Gentiles
Philosophi quorum ... Amicum dicitur 28 ~ charitatis art. 8 q. a. 136
Probatur
2º eadem sententia quod odium privatae inimicitiae est intrinsece
malum non minus quam mentiri: ut omnes supponunt: ~
tale odium non fuit praeceptum neque permissum in lege
Veteri probat Cornelius(?) ~ et ~ Augustinus orationem(?) adversus(?) 19
a Cap. 13 Faustum. lex antiqua bona et iusta
fuit, ut pote a Deo data ~ lex bona et iusta
non potest praecipere aut permittere id quod huius(?)
id quod est intrinsece malum ~ in lege Veteri non est prae-
ceptum neque permissum odium privatae inimicitiae.
Confirmatur ~ lex evangelica non addit praecepta
moralia ~ ratione(?) praeter ea quae ad Sacramenta

pertinent, ut docent communiter Theologi, D. Thoma 2a 2ae quaest. 108. de praecepto diligendi inimicos est praeceptum positivum morale, ergo non solum in lege Evangelica, sed etiam habet in lege Veteri, et quidem non solum odium internum, quod est inimicae malum, sed etiam odium externum seu illatio damni prohibita fuit in veteri lege, non minus quam in Evangelica, quia numquam licuit propria auctoritate inferre damnum inimico, neque sumere vindictam, si enim hoc licitum esset aliquando, etiam licitum esset odium internum, quia malitia huius odij sumit ab iniustitia effectus externi volliti per odium internum. illatio ergo damni facta propria auctoritate est etiam contra rectam rationem naturalem, ac proinde in nulla lege iusta potuit praecipi, neque permitti. Ad illud quod opponitur, probatur. Recta verba

137 hodio habebis inimicum tuum, nullibi haberi in Veteri testamento, et esse falsum iudeorum expositionem et intelligentiae; cum enim lex dicat Diliges proximum seu amicum tuum, inde iudei contrario sensu intellexerunt inimicum hodio habendum, quam expositionem ut falsam et doctrinae illatum ex lege Christus Dominus reprehendit, et damnat docens expresse inimicos esse diligendos ut proximos. et hac ratione non imposuit nobis praeceptum, sed explicavit antiquum, et veram illius intelligentiam docuit, et hac de causa dicit praeceptum nobis quod nobis per explicatum et expressum: nam licet illud praeceptum staret in lege Veteri, non erat adeo expressum, sed de illo dubitabant, quod dubitabant, an nomine proximi etiam inimicus esset intelligendus. et ego mandatum Nobis, quia tamquam de Sueuidine et absolu antiquatum singulari Christi Domini commendatione et expressione, revixit. Pater Maldonatus

aliter. Vocat nobis illud mandatum, ad textum Ioannis 13.
quod vi vetur Hebraica phrasi, nobis, id est, veni fecit, quod
excelens et prestantissimus, ut illud Psalmi 95 Con-
fitate Domino canticum novum, id est, excelens, et prest-
antissimum. cum et precepta charitatis sint obligationes
ili non nova eius alii quod diximus. Ad 138
. . . . Ad . . . fundamentum Respondeo
primum . . . averuisse odium internum inimicorum esse
permissum. at fuisse et plicandi sunt de odio
effectivo, et externo sive de illatione damni,
quae quidem illatio damni facta in propria authoritate
sed Deo in bente mala non est, et hoc tamen modo
iudeis fuit permissa, quod numero sequenti ulterius
explicabimus. et quidem D. Augustinus lib. 19
cap. 24 contra Faustum Manicheum docet nihil in veteri
lege fuisse in hoc puncto contrarium legi novae, cum
enim in lege nova odium inimicorum tam internum
quam externum propria authoritate factum sit prohibitum, etiam
erit prohibitum in lege veteri. Preterea cum nullum sit, aut
appareat in Veteri testamento preceptum, neque
permissio habendi hodio inimicos. vel dic hodium
inimicorum dici permissum iudeis quatenus impunitum
relinquitur in hac vita. quod nullam poenam huic sceleri
taxat. in lege alia vere scelera non permissa dicuntur
quod illis poena in hac vita infligenda decernitur. 139
Ad
3um fundamentum Respondeo ubique fuisse preceptum Iudeis quod pro-
sequerentur et delerent aliquas nationes barbaras
ut patet Deuteronomii 20. De iis autem civitatibus quae
dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere, sed
interficies in ore gladii. sed hec punitio a

à Deo facta est in poenam celerorum Civitatum. Iudæi vero quasi executores iustitiæ Divinæ eas civitates destruxerunt. Hoc autem non opponitur precepto charit. et dilectionis erga inimicos: sicut modo exercitus inimicus à Rege potest Civitates rebelles punire, et destruere. et similiter Iudex authoritate potest homicidas interficere absque violatione charitatis, dum ex iusto odio abominationis homicidii, vel ex amore iustitiæ. Ideo autem Iudæis interdiceret commercium, seu amicitiam aliquarum nationum, factum est ob periculum contrahendi eorum vitia: sicut modo absque ulla lesione charitatis prohibitum est commercium cum Hereticis precipue quia est periculum perversionis.

140 Sed neque hoc preceptum persequendi et infligendi mala voluit Deus extendi ad omnes Nationes idolatras, sed ad eos tantum septem, quas Deus gladio iudaico punire voluit, et quarum possessionem dederit Iudæis. Aliis vero inimicis legalibus et alienigenis precepit Deus exhibere signa benevolentiæ, et prohibuit inferre damna ut patet Deuteronomii 23. et colligitur 1o Regum cap. 15 odium gentium externarum non fuit permissum in lege nisi tantum erga quosdam inimicos, et Nationes quas Iudæi destruxerunt, non authoritate propria, sed Divina; et hoc solum in lege Divina Evangelica immutatum est quoad hanc partem. quod vere advertit Petrus Soto disp. 153. sect. 2. Christus noluit ut Christiani expugnarent aut interficerent in Baptizatos nisi ob iustam defensionem, vel obrenitentiam predicantis Fidei: Iudæi poterant, et tenebantur perimere

et

ad numere septẽ illas nationes, qd Xpianis n licet, qd subiugata urbe n sunt occidendi, nisi qui sine gravi damno superari n possunt. quia omnia possunt ex vero amore charitatis erga inimicos quos ij que ut ostensum est.

Sectio 5ª

Quid tenemur prestare inimicis. 141

Ex dictis sectione anti clare distat dari obligationem diligendi inimicos, eamque obligatiõem esse divinam et nalem, ac proinde in omni lege obligare. restat videamus quid vi huius precepti tenemur efficere erga inimicos? que difficultas tota moralis est, et ad decisionem casuum sepe occurrentium necessaria, eam duplici generali prio decidimus, et quo statim morales illationes deducimus. Dico 1º. tenemur inimico prestare ea omnia, que alteri cuicumque et qui ipsi si inimicus n esset, Ita omnes doct. ex mente divi Thome ex prece. Petrus Hurtado et mente divi Thomae eaque asserit esse de fide. ro huius dicti est: qd inimicitia n aufert rõnem proximi: neq etiã in sensu composito inimicitie inimicus noster proximus est, ut probatum a nobis est: ergo omnia que tenemur prestare proximo cuicumque tenemur etiã prestare inimico. Dico 2º. n tenemur aliquid speciale prestare inimico, qd n tenemur prestare cuicumque proximo neque ipsi, si inimicus n esset. Ita omnes Thei cum D. Thoma in hac quest 25 art 8 et 9. probatur qr inimicitia n est motivum, quo inimicus fiat dignus speciali amore, aut speciali bono. ut per se notum est: ergo que ipsi debent, alijs debent quoad proximus: ac proinde nihil speciale debetur

inimico, quia non debet cuilibet proximo, ut ipsi, ~~inimicus~~ si inimicus non est.

142 Colligitur 1º Nos teneri ad amorem inimicorum, non solum negativis, quatenus ipsos non habeamus hodio sed etiam positivis, quatenus eos amemus actu interno charitatis theologicae. Ratio est: quia tenemur diligere proximum actu interno charitatis theologicae theologice, ut probavimus a num. 114, sed eo ipso philosophandum est de amore inimici atque de amore proximi: quia ea quae debent proximo, debent etiam inimico: ergo tenemur etiam diligere inimicum actu interno charitatis theologicae. Itaque dilectio positiva inimicorum, quae cadit sub praecepto, non debet esse inimicorum in particulari: quia satis est, quod eos diligimus in communi. Ideo est quia neque proximum amicum tenemur in particulari diligere affective, ut constat ex D. Augustino et ex D. Thoma adductis num. 114 sed non debemus plus inimico quam proximo amico: ergo non debemus diligere inimicum in particulari affective.

143 Colligitur 2º Nos teneri non excludere inimicum a beneficiis communibus neque a signis communibus benevolentiae. Ita D. Thomas art. 9 et ibi Bañez et Aragon, ita etiam Suarez disp. 5 sect. 5, Azor tomo 3 lib. 12 cap. 8 quaest. 3, Reginaldus lib. 17 cap. 12 sect. 2, Filliutius tract. 28 cap. 12 quaest. 7, et est omnium Theologorum doctrina. Ratio est, quia haec conclusio est de odio externo, et signum odii interni sed tenemur non habere odium externum, neque dare signa odii interni contra inimicum: ergo tenemur non excludere inimicum a beneficiis communibus, neque a signis commu-

omnibus Benevolentiæ, probatur maior: quia excludere inimicum, solum quia inimicus est, est effectus vindictæ, vi cuius nollumus inimico illud bonum quod ei proximo optamus: ergo est odium externum et signum odii interni. Probatur: quia ea exclusio à omni beneficio et à signis benevolentiæ dant iustam causam offensionis inimico et aliis parit scandalum: quia prudenter indicat facta ea exclusio ob inimicitiam, et ex charitate tenemur vitare iustam causam offensionis inimico, et aliis vitare scandalum: ergo ex charitate tenemur non excludere inimicum à omni Beneficio, et à signis omnibus Benevolentiæ.

Colligitur 2º, non esse licitum in orationibus, quas in generali pro omnibus fundimus excipere inimicum. ita auctores citati numero antecedenti, alii quos refert et sequitur Granado controversia 3ª de charitate tractatu 3º dubio 6. probatur ex illatione antecedenti: quia oratio, quam pro omnibus in generali fundimus, est beneficium commune; sed non est licitum excludere inimicum à Beneficiis communibus, ut probavimus: ergo non est licitum excludere inimicum ab oratione, quam pro omnibus in generali fundimus. Confirmatur: quia iuste quereretur amicus si ab oratione communi excipereris ab amico: si enim ego orans Deum pro salute omnium hominum huius civitatis, et excluderem ab hac petitione amicum, merito amicus quereretur: ergo ita excludere illum ab oratione communi omnibus est aliqua iniuria; sed non est licitum facere aliquam iniuriam inimico: ergo non est licitum excludere inimicum à bona oratione communi. itaque, saltem in hoc sensu intelligenda est ea obligatio, quam habet Matthæi 5. orate pro persequentibus vos. 144

145 Bonazina de legibus disp. 3. quaest. [illegible] puncto 3. dubio 6. et Turrianus disp. [illegible] disp. 98 dubio 2. negant has illationes, asserunt quod per se loquendo nullum esse peccatum excludere inimicum ab oratione, et a beneficiis communibus. Probant 1°. quia Ecclesia in sacrificio missae et aliis publicis orationibus excludit excommunicatos et Haereticos: quae exclusio ex se mala non est, ergo id fieri potest licite, et non ex odio. 2°. quia amicus licite potest excludi a communi oratione et beneficio: ergo potest excludi inimicus: probatur conseq. quia non plus debemus inimico quam amico. 3°. quia possumus satisfacere amico, et non inimico: ergo etiam possumus applicare impetrationem orationis amico, et non inimico, eadem existente paritate. Antecedens vero probatur quia possumus applicare satisfactionem uni amico, et non alteri, utpote uni pio homini: ergo etiam possumus applicare satisfactionem amico, et non inimico, quia ut saepe diximus inimicus propter inimicitiam non est factus melioris conditionis.

146 Sed haec facile solvuntur. Ad 1um. [illegible] exclusionem factam ab Ecclesia esse justissimam. si tamen ea exclusio fiat a persona, et authoritate privata erit illicita, et injusta. Ita judex authoritate publica potest interficere nocentes, hoc autem non licet personae privatae. Ad 2um negamus: quia eo ipso quod oratio aut beneficium sit commune, non possumus ab eo excludere amicum, neque inimicum, absque peccato gravi vel levi ratione gravitatis aut levitatis materiae. Ad 3um idem est modus discurrendi esse de satisfactione atque de oratione. quia si satisfactio applicet pro communicatis in qua continetur inimicus, non potest ab

satisfactione excipi inimicum: quia in eo casu satisfactio est Beneficium commune, a quo non licet excludere inimicum. Si vero satisfactio applicetur alicui particulari, potest licite non applicari inimico, sicut etiam possumus in particulari orare pro uno, quin oremus pro alio: quia in hoc casu satisfactio, et oratio est Beneficium particulare, a quo quemlibet possumus excipere tam amicum, quam inimicum.

Pater Arriaga de charitate disp. 39. sect. 2 distinguit beneficia debita, et Beneficia omnino liberalia. 147
asserit que non posse excludi inimicum a Beneficiis debitis, seu legis communis quia talia debentur; posse tamen excludi inimicum a Beneficiis omnino liberalibus. cui fundamentum etiam doctrinae docere videtur Pater Hurtado citatus num° 14 a. ratio illorum est: quia id quod potest negari omnibus potest etiam negari inimico: sed Beneficium omnino liberale potest licite negari omnibus, alias non erit liberale, sed debitum: ergo beneficium omnino liberale potest licite negari inimico. Nos tamen cum D. Thoma et authoribus citatis num° 148 absolute asserimus non esse licitum excludere inimicum ab oratione et Beneficiis communibus, sive ea Beneficia sint liberalia, sive debita, quia licet non teneamur absolute facere Beneficium communitati, neque alicui particulari, ceterum ex suppone quod Beneficium fiat communitati, non potest excludi amicus, neque inimicus, cum sit pars talis communitatis. Ita licet sacerdos non teneatur celebrare singulis diebus, si tamen celebret, tenetur debito ordine, et ritu Ecclesiae celebrare. Similiter

non teneor invitare amicum ad prandium, si tamen illum invitem, debeo suae dignitati convenientem locum exhibere. Beneficium enim liberale potest licite non fieri sed si fiat, debet fieri ordinato modo, atque debitis circumstantiis, quarum una est, non excludere aliquem a communi beneficio.

148 Colligitur 4° quo pacto teneamur alloqui, et salutare inimicum occurrentem, vel ei caput apperire. Haec enim et similia sunt aliquando beneficia specialia seu signa singularia benevolentiae, et tunc non debentur inimicis: quia nullus specialia beneficia debet inimico, sicut nec extraneis. Aliquando vero sunt beneficia communia, et signa generalia benevolentiae debita personis eius status, et dignitatis, cuius est inimicus: hoc autem lege charitatis tenemur ea non denegare inimico. Quare propter si inimicus sit meus Dominus aut superior, aut maximae dignitatis persona quae [illegible] mei status salutare aut praebenire salutatione solent teneor salutationem non omittere: quia in his casibus salutatio censetur beneficium commune, cuius denegatio est effectum vindictae, et causat scandalum. Insuper si inimicus me salutaret, per se loquendo teneor resalutare: quia id etiam censetur signum commune benevolentiae. Et cum amor cum ea hac obligatione si inimicus sit servus aut filius, cui propter culpas oporteret punire denegato eo signo benevolentiae, vide Rodriguez torno 1° cap. 27. conc. 7ª non esse absolvendum patrem qui ad multos annos aut in perpetuum denegat filio collocutionem,

aut



tiur non invisit in magna calamitate, aut feli-
cissimo eventu, quod in his signis denegandis in-
spiceng oportet esse limites, quo excluso vindicta
est potius, quam correctio, et ideo causat scan-
dalum.

Colligitur 5.º non dari obligationem conversandi fami- 149
liariter cum inimico, etiamsi ante inimicitias esset
nobiscum familiarissimus, quod si ante inimicitias
non salutabat, neque alloquebatur inimicum, non debet
post inimicitias haec signa benevolentiae illi exhi-
bere. quod est quia haec sunt beneficia particularia
quae nulli debentur, ac proinde neque inimico, qui
ut saepe diximus non est melioris conditionis ob ini-
micitias, neque dignior nostra benevolentia. quod
si hinc oritur scandalum, et inimicus et alii existi-
mant haec signa ex odio denegari, tollenda
est haec huius modi obligatio omnino tolli, etiam cum
iuramento si opus fuerit.

Sed quaeres quo pacto tene- 150
amur remittere iniurias inimico veniam petenti? Sup-
pono inimicum veniam petere offenso teneri, per se vel
per alium, quod illud Matthaei 5: si offers munus tuum ad
altare, et ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet
aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare
et vade prius reconciliari fratri tuo, qua propter, qui
alterum offendit, absolvendus non est, nisi illi reconci-
lietur, veniam que petat, quod si non dat(?) aliquem
ad personam offensi commodius et securius sufficit
interna animi reconciliatio, et voluntas petendi
veniam per se, vel per alium quando accidat occasio. quod
si vero que offendat alterum, qui prius offendit



perse loquendo tenet altery addire ut docent Azor q. pen ultima, et Bonazina dubio 5. nisi forte prius offenderit grabiorem iniuriam accepisse a b alio: q in hoc casu, qui maiorem iniuriam irrogavit tenet alteri satisfacere prius: unde 69 casibus Theologi docent, opportere ovenire personam grabem aut viros religiosos, cuius authoritate et prudentia dissentes partes conveniant.

Inimico 3 veniam petenti

251 Rogas, quo pacto teneamur remittere iniurias? in quo puncto certum apud omnes est, nos teneri deponere odium, et remittere iniurias, qualis offensa est vindicta non habendo odio inimicum vel deponendo statim tale hodium, quae obligatio datur, etiamsi inimicus veniam non petierit: quod sic facies quod obiicy Deum. nisi remiseritis fratribus in cordibus vestris, ut docet Xpus Mathei Cap. 18. Non solum autem tenemur deponere odium interius, sed etiam obstendere exterius quod hodium deposuerimus. Quapropter signa placationis et benebolentiae exhibenda sunt inimico veniam petenti, ut asserit Sanctus Thomas hic quest. 83 art. 8. quod denegare ea signa externa in illis circumstantiis est monstrare argumentum modi interni et causare scandalum, tum inimico tum aliis. solum ab hac obligatione excusantur superiores qui aliquando denegare possunt ea signa, ut subditus inimicus veniam petens puniatur et in posterum resipiscat, et carius evadat. In quo opportet limitationem adhibere, quam premonui numero 248

inimicis

insuper certum est non dari obligationem remittendi iniuriam quoad satisfactionem damni, quod ab inimico accepimus in honore, aut in bonis fortunae, quam propter possumus licite exigere satisfactionem. Haec autem satisfactio non potest fieri propria authoritate quia hoc erit vindicta, sed coram Iudice ut inimicus a lege puniatur, cogaturque satisfacere offenso ad aequalitatem. Sed occurrit hic casus in praxi diffi- 152
cilis, an in conscientia liceat teneatur offensus accipere satisfactionem inaequalem oblatam ab inimico? Petrus interfecit filium Pauli, damnum est irreparabile, petit venia Petrus et offert satisfactionem pecuniariam, quam potest. Quaeritur an Paulus teneatur accipere eam satisfactionem, ac proinde in conscientia teneatur non accusare homicidam coram iudice? Resolutio negative cum Suarez disp. 5 sect. 5 Valentia quaest. 3o puncto 8o. Conink disp. 24 dubio 6. Bonacina quaest. 5a puncto 3 dubio 4. contra Bañez et Lorca, Villalobos verbo charitas quaest. 6a, et Maldonado quaest. 25 art. 9. pro Resolutione quia Iudex potest praescribere poenam capitalem quam meruit ex amore iustitiae, et ut in exemplum plus aliorum et poenis asseverare[?] delicta in ane aut impunita, sed ab his omnibus moveri potest privato agendo iuridice contra reum. et ratio quod maxime urget ex doctrina Arriaga disp. 39 sect. 2a quam verissima existimo: quando si iudex cognita causa censeat poenam capitis posse condemnari reo, dummodo actor consentiat, nihilominus actor potest urgere, et petere executionem poenae capitalis, quia in hoc casu actor constituit iudex, et ut talis ex

ex bono motiuo potest executionem poenae urgere.

Alius

153 casus non minus difficilis est, an offensus tenetur accipere satisfactionem omnino aequalem oblatam ab inimico? Petrus furatus est mille aureos, re cognita offert eos offenso et veniam petit. Quaeritur an offensus possit accusare furti Petrum coram iudice? Ideo ex eisdem principiis utique posse per se loquendo: quia sicut iudex potest ex bono motiuo punire
57 furem contra leges, ita offensus potest ex bono motiuo petere ut fur contra leges puniatur. Praeterea quilibet potest accusare furem per se loquendo: ergo et offensus: quia inimicus non est melioris conditionis contra offensum quam contra quemlibet alium. Fateor utrumque casum difficilimum esse in praxi quia periculum est accusandi inimicum ex odio et affectu vindictae. Ideo omnino monendi sunt poenitentes ut contenti satisfactione aequali aut proportionali oblata ab inimico desistant agere contra inimicum in iudicio. quod rationem petit ex amore solo iustitiae et punitionis malefactorum.. Dispositio de ordine in adimplendis praeceptis charitatis servando.

finis

Laus Deo Optimo Maximo.

Disp.tio

Dispᵒ 2ª

De ordine in adimplendis preceptis charitatis servando.

Dari aliquis ordinis ojec a nobis diligenda sunt obta charitatis, eis que ordinis cadere sub precepto, docent Theol. cu Magistro in 3º dist 29, et cu D. Thoma hic quest. 26, et ducit que ex illo canticorum 2º ordinavit in me charitatem, consistit autem iste ordo in eo quod unu obj magis diligat quam aliud. quod manifeste exprimit D. Augustinus lib. 1º de doctrina Xpiana cap. 27 his verbis ipse est autem qui ordinatus dilectionis hei, ne aut diligat quod non est diligendus, aut non diligat quod est diligendus, aut amplius diligat quod minus est diligendus, aut eque diligat quod vel minus vel amplius diligendus est, aut minus vel amplius quod eque diligendus est. cu eo dispᵉ anti diximus, Deus nos ipsos et proximus esse obta ex charitate diligenda, recta methodus exigit ut in hac dispᵉ dicamus quis ordinis debeamus servare in his objs diligendis, et quodnam illorum plus minusve debeat a nobis ex charitate diligi. 154

Quest. 1ª

Comparat dilectio erga Deus cu dilectione erga creaturas.

Sectio 1ª

Utrum diligere Deus super oia sit de inclinatione?

Supponit comuniter, Deus super cetera oia diligendus esse ac proinde si comparemus dilectionem Dei cu dilectione creaturarum, rectus charitatis ordo exigit, quod dilectio erga Deus sit maior dilectione erga quaecunque 155

creg, id qd esse satis non est; licet n adeo certu sit in qstio. Disputat inte exercitii dilectionis Dei super oia. A qd nos a num° 45 vi quead num 62 res. iniz est proximus, et cu omnini iā docuimus et proba vimus Deus esse diligendus super oia obiectivè et apretiativè n vero intensivè nihil hic adden dus occurrit.

256 Supposito autē qd debeamus diligere Deus super omnia etiā supra nos ipsos, id saltem debet esse ex inclinatione charitatis infusæ theologicæ: cū enī charitas infusa sit quedā participatio charitatis increatæ, qua Deus se ipsu super oia diligit, charitas etiā nra a Deo infusa ad idē etiā inclinare debet vi delicet ad diligendus Deus super omnia, preterea qr charitas infusa inclinat ad id, qd debitū est, et sine quo ipsa charitas n potest conservari, at diligere Deus super oia debitu est, et sine hac dilectione charitas infusa conservari n potest: ergo charitas infusa inclinat ad diligendus Deus super omnia. et de hoc nulli theo dubiu est. est mr graves difficultas an naturaliter etiā inclinemur ad diligendus Deus super omnia, etiā supra nos ipsos?

257 Graves Drs iudicarunt vnus qos que ex inclinatione na magis se ipsu diligere qua Deus, et qn de dilectione Dei super omnia esse de inclinatione na. licet sit ex inclinat. gre [illegible] elebantis et corrigentis inclinat. na, quapotius ad Nos, qua ad Deus diligendus movemur. Ita Albertus Magnus in 3° dist 29 art 1° et D. Bonaventura in ead dist 1 quest 2a et Gabriel ibidē quest unica art

art. 1o notabile 3o. et Antisiodorensis lib. 3 summae tract. 5 cap. 3 quaest. 1 quas tamen secutus est Conic. disp. 24 de ordine charitatis dub. 10 3 his adiungi debet Bazquez citatus num.o 82: ii enim ostendunt amorem natalem Dei super omnia esse prius impossib., eo quod est ut natura non inclinet in talem amorem quae inclinatio non potest esse ad aliquid impossibile, ut ex omni sensu est Philosoph. constat.

158 Opposita sententia communis est inter Theologos asserentes nos magis inclinari naturaliter ad diligendum Deum, quam nos ipsos, ac proinde dilectionem Dei super omnia esse secundum inclinationem naturae. ita D. Thomas 1a parte quaest. 60 art. 5. et 2a 2ae quaest. 26 art. 3. Intelligitur quaest. 29 - disp. 29 quaest. unica et Pater Suarez disp. 1 de charit. sect. 5 alii quoque quam plures quos refert et sequitur Pater Amicus disp. 29 de charitate sect. 3, docuit hanc satis expresse D. Bernardus tractatu de diligendo Deo in his verbis inexcusabilis est omnis etiam infidelis si non diligit Deum Dominum suum toto corde, tota anima tota virtute sua: clamat namque intus ei innata et non ignota ratio quod ex toto se illum diligere debet cui se totum debere non ignorat. ex quibus verbis et iis in illis contentis non solum constat dilectionem Dei super omnia esse secundum inclinationem naturae, sed etiam nos teneri ad eam dilectionem praecepto naturali, ut probavimus a num.o 83.

159 Nostra igitur 1o sit. diligere Deum super omnia est secundum inclinationem naturae rationalis. probatur 1o. eo quod eadem lex obligat naturalis sit secundum inclinationem naturae rationalis

quod diligere Deum super omnia est actus cadens sub obligatione naturali: ergo diligere Deum super omnia est secundum inclinationem naturae rationalis. consequentia est legitima, maior probata habes a numero 83. probo minorem: quod actus cadens sub obligatione naturali naturaliter cognoscitur esse debitus et bonus: sed actus qui naturaliter cognoscitur esse debitus et bonus est secundum inclinationem naturae rationalis: ergo actus cadens sub obligatione naturali est secundum inclinationem naturae rationalis. maior patet et minor probatur: quia inclinatio naturae est ad id, quod ipsi naturae bonum est, et debitum ut de se patet: sed actus qui naturaliter cognoscitur esse debitus et bonus, est bonus et debitus naturae rationali: ergo inclinatio naturae rationalis est ad actum qui naturaliter cognoscitur esse debitus et bonum, ac proinde talis actus secundum inclinationem naturae rationalis. Confirmatur et explicatur: quod intellectus naturaliter inclinatur ad iudicandum Deum esse super omnia diligendum seu dignum, ut super omnia diligatur: ergo etiam voluntas naturaliter inclinatur ad diligendum Deum super omnia. consequentia certa est et consequentia probatur: quod inclinatio naturalis intellectus non potest esse contraria inclinationi naturali voluntatis: nam utraque potentiae sunt subordinatae, ita ut voluntas naturaliter sequatur dictamen rationis et intellectus, quod fieri non posset si voluntas naturaliter inclinaretur ad dilectionem sui supra Deum contra dictamen rationis et intellectus, qui naturaliter ad iudicandum oppositum inclinat.

Probatur secundo:

160 Diligere Deum super omnia est secundum inclinationem charitatis infusae: ergo diligere Deum super omnia est secundum inclinationem naturae rationalis: antecedens constat ex numero 156. probatur consequentia quod inclinatio charitatis infusae non potest esse contraria inclinationi naturae rationalis, quod utique esse contraria esset, si

diligere Deum super omnia non est & inclinationem naturae
rationalis. Probatur minor quia si natura inclinaret ad
diligendum se plus quam Deum, charitas vero infusa
inclinaret ad diligendum Deum super omnia mani-
festum est has inclinationes contrarias esse, sicut contrarij sunt actus
a quibus procedunt. probatur ergo maior, quia charitas in-
fusa datur ad perficiendum naturam rationalem, sed id quod est contrarium
inclinationi naturae rationalis non perficit, sed potius pervertit et
destruit talem naturam: quia natura rationalis, et inclinatio rationalis ipsius
sunt prorsus idem: ergo inclinatio charitatis infusae non potest esse contraria
inclinationi naturae rationalis: inclinatio ergo charitatis est supra naturam
non vero contra illam.

Probatur tamen secundo conclusio contra authores prioris sententiae 161
nulla inclinatio naturalis est ad id quod est simpliciter
malum, sed diligere se plus quam Deum est simpliciter
malum: quia ita diligere se est peccatum, et contra naturam
ergo nulla inclinatio naturalis est ad diligendum se plus
quam Deum. maior probatur dupliciter. primo ab inductione
quia nulla entitas est, quae naturaliter inclinet aut ap-
petat id, quod sibi malum est: semper enim appetitus
naturalis habet pro obiecto bonum appetentis, ut videtur certum
2o probatur etiam ex maiori: quia inclinatio naturae vel est ipsa
natura, vel proprietas naturae subsequuta ad naturam: ergo
in quo talis inclinatio naturalis est a Deo ut ab
authore naturae: sed inclinatio ad id quod est sim-
pliciter malum non potest a Deo provenire tanquam ab
authore naturae. quia Deus ut author naturae solum causat
id quod est conveniens, et conducens ad bonum talis naturae:
ergo nulla inclinatio naturalis est ad id, quod est simp-
liciter malum. 162

Nec satisfit, si mihi argumento si dicatur

inclinatio naturalis ad bona sensibilia, quae est in homine cum inclinatione mala ex quidem a Deo producta. et similiter liber potest liberum ipse inclinare ad malum, ut tamen ea potentia libera producta sit a Deo ut authore naturae hoc in generatione naturali facit. Argumento: quod appetitus sensitivus solum inclinat ad bona sensibilia et delectabilia. haec autem inclinatio per se mala non est. quod bona et conducens ad conservationem ipsius non sensibilem. hoc autem bonum sensibile per accidens aliquando malum est ob per circumstantias temporis vel personae. et tunc hac ratione contrariae multae est inclinatio naturalis ad ea bona sensibilia admittenda quae est in inclinatione naturalis ad aliquid, quod per accidens aliquando sit malum: non tamen inclinatio ad id, quod per se et naturaliter malum sit. praeterea potentia libera non inclinat contrariae ad malum, quod est indifferens ad utrumlibet, et ut a Deo potius datur ad bonum, licet ex mala electione creaturae applicetur ad malum, ceterum inclinatio ad diligendum se plus quam Deum est contraria inclinatio ad malum, quod per se et in contingenter a circumstantiis malum est. quod diligere se plus quam Deum et naturaliter, et in quibus circumstantiis malum est: ergo ea dilectio non potest esse naturalis inclinationis naturalis.

Sectio 2

Argumentorum solutionibus contrariam sententiam ulterius roboratur.

163 Contra doctrinam superioris capitis multa obijci solent deligentius praecipua et urgentiora argumenta, quorum solutio reliquos facile accommodari, et praecipue contrariam sententiam roborare poterit. Obijcitur 1°: illud magis amat unusquisque inclinatione naturali, quod est magis

coniunctum ipsi amanti: sed creatura est magis sibi coniuncta quam Deo: ergo creatura ex inclinatione naturae magis amat se ipsam quam Deum. De minori nulla potest esse dubitatio, quia creatura sibi coniuncta est per identitatem realem, Deo vero coniuncta est per creationem, per similitudinem et per dependentiam, nulla autem est maior coniunctio quam identitas realis. Maior vero probatur: quod non aliter amandi est coniunctio aut unio cum obiecto amato, neque ideo naturaliter amamus nos plus quam proximum, quia habemus maiorem coniunctionem et unionem nobiscum quam cum quolibet proximo: ergo illud magis amat ex inclinatione naturae quod est magis coniunctum ipsi amanti: sed maiorem coniunctionem et unionem habemus nobiscum, quam cum Deo: ergo etc. Confirmatur ex Aristotele 9. Ethicorum cap. 9 amicabilia inquit quae sunt ad alterum, venerunt ex amicabilibus quae sunt ad se: ergo bonum alienum minus amat ex inclinatione naturae quam bonum proprium: at siue Deus bonum nostrum naturaliter plus amat a nobis quam bonum Dei. L.64

Ad hoc dicendum maiorem: illud magis amat ex inclinatione naturae, quod est magis coniunctum ipsi amanti, si comparatio fiat inter bona particularia, omitto maiorem; si comparatio fiat inter bonum particulare et bonum commune seu universale, nego maiorem. Itaque cum Deus sit bonum universalissimum in quo bonum uniuscuiusque proprium continetur, quamvis non sit adeo nobis coniunctum, debet ex inclinatione naturae super omnia amari. Et hac de causa ut S. Thomas hic docet, pars quaelibet naturaliter inclinatur ad bonum totius etiam cum detrimento proprio

ut patet in aliquibus civibus politicis, quod manus naturaliter
recipit ictus imminentes Capiti, et Civis naturaliter et
laudabiliter potest perdere suam vitam bono reipub-
licae. ... quaelibet creatura perfectius continetur in Deo
et magis ab illo dependeat quam manus a corp-
ore vel civis a republica, ideo plus inclinatur in
dilectionem Dei quam in dilectionem propriam: ad confir-
mationem magis directe concurrit amentia eius cum natura
non esse adaequatam motibus a mandi; considerata in
obiecta, vi cuius licet excelentius oriri, vel dependen-
tius ab illo tamquam a bono communi, quod in bono ex-
celentiori modo reperiuntur in Deo. ad obiectiones
eodem modo dicimus, loquendo de bonis particulari-
bus; non vero de bono universali vero, quale est Deus.
Sed

265 contra. homo ex inclinatione non plus diligit se ipsum
quam Deum, quia nunquam a Deo accepit suum esse: contra
ex inclinatione non plus diligit se ipsum quam Deum,
licet a Deo acceperit esse, et ab illo dependeat
tamquam a principio universali. Deo vero antinomie
dependentia duplex est: quia homo non dependet necessario a
sole quoad exigentiam primo fieri: nam potuit ab alia causa
vel a solo Deo produci. praeterea homo non dependet in
conservari a sole, sine quo potest existere. creatura vero
utroque modo dependet omnino a Deo, et in illo tamquam
in bono universali includitur; nam creatura neque produc-
i, neque conservari potest, nisi producatur et conservetur
a Deo. praeterea esse divinum est magis bonum
quam esse proprium: quia ablato Deo creatura manet simpli-
citer, et absolute impossibilis; ablata vero creatura
adhuc manet omnino possibilis, et in Deo tamquam in

cā universali, et ideo creā plus inclinat in amorem Dei quam in amorem sui ipsius.

Sequitur 2°: quod 466
est secundum inclinationem naturae facillime, et absque ulla difficultate fit, at in diligendo Deo supra nos ipsos et supra omnia experimur magnam difficultatem, ergo diligere Deum supra nos ipsos et supra omnia non est secundum inclinationem naturae. maior certa videtur, quia nihil facilius est, quam naturae inclinationem sequi, et 3ª vero tota bene operandi difficultas stat in violentia quae ita operando infligitur naturae. cum nulla violentia fiat naturae, quando operamur secundum inclinationem illius, sane nulla potest esse difficultas, minor vero non minus certa videtur, nam ab experientia, neque absque auxilio gratiae non possumus ad longum tempus diligere Deum supra nos ipsos, et supra omnia, alioqui possemus ad longum tempus absque auxilio vitare omnia peccata mortalia: quia existente dilectione Dei super omnia non potest peccatum mortale admitti. — Confirmatur. quia si creā naturaliter magis inclinaret ad amandum Deum, quam se ipsum, etiam inclinaret magis ad fugiendum peccatum, quam ad amandum poenam quamcumque etiam aeternam: ergo non esset adeo difficilis praeceptum homo vel Angelus vellet poenam etiam aeternam pati, potius quam peccare. probatur. quia non erat adeo difficilis et exercitium ille ad quem naturaliter inclinat homo vel Angelus.

Deo 467
utique difficilis esse dilectionem Dei super omnia, ut bene probat argumentum, et nos diximus numero 92, quod adeo verum est, ut occurrente gravi tentatione, vel ea cessante, non possumus per longum tempus absque

auxilio gratiae Divinae diligere Deum super omnia ut ex probavimus num.° 89 et 90. Haec autem difficultas non oritur ab aliqua inclinatione naturali diligendi nos supra Deum, sed ob impedimenta, et difficultates quae occurrunt in observatione mandatorum Dei, ac proinde in dilectione Dei super omnia; et quidem nullus negabit nostram voluntatem inclinari ad bonum honestum, quod de se difficile est obtinere, quod simul aprehendi debet ut salubre et contrarium sensibus. Quod ergo est de inclinationibus, non facile fit quando nullum datur impedimentum obtinendi terminum talis inclinationis; si vero detur impedimentum, difficultas erit vincendi tale impedimentum, et aliquando impossibilitas eo quod tale impedimentum sit inauferibile a natura, uti lapis non aliter movebitur deorsum, si in tabula intermedia cernebit motum, et lapis non potest descendere, licet id petat naturaliter.

168 Quapropter maius argumenti diluendum est, quod est de inclinationibus, non facillime fit, si ea inclinatio nullum habeat impedimentum in suo motu; si habeat impedimentum, ipso non adeo, ad illius probationem eadem dicta respondendum est. ad confirmationem vero antecedens negandum est omnino: quia actus potest esse difficilis et heroicus, etiam si in illum inclinet natura, si scilicet detur impedimentum vincendi talis actus, impedimentum autem amandi Deum supra nos ipsos est omne id quod facit difficilem observationem mandatorum Dei, ut scilicet passiones, occasiones, et mutabilitas ipsius voluntatis creatae. Haec omnia impedimenta facile reducuntur ad concupiscentiam seu aprehensionem obiectorum, quia ad amandum non sufficit inclinatio, seu appetitus innatus, sed ulterius requiritur aprehensio obiecti amandi; consequenter autem sequitur ut obiectum in quod minus inclinat natura, appareat aprehensione clariori, et

magis mala, et ideo voluntas facilius fertur in illud obiectum. cum ergo bonum nostrum clarius et sæpe magis malum proponatur quam bonum Dei, ideo est difficile quod amemus Deum supra nos; licet ad istum amorem natura per appetitum innatum inclinet.

Tota hæc doctrina illius natura et operatur ex exemplo clarissimo et innegabili: quod homo naturaliter appetit suam conservationem et in illam innata inclinatione propendet; aliquando tamen ex vehementi apprehensione mali huius vel alicuius se ipsum interficit: in quo casu difficillimum sane est se non interficere. licet ergo hic prius adsit inclinatio naturalis: ergo stat bene quod naturaliter inclinemur ad actum, qui hic et nunc sit difficilis propter aliquas circumstantias et præcipue propter apprehensionem vehementiorem obiecti, ad quod non inclinet sed potius avertat naturaliter creatura: et consequenter ex difficultate diligendi Deum supra nos non male colligitur, id esse contra inclinationem naturalem. 169

170 Obijcies. Concupiscentia in homine naturaliter inclinat ad malum: ergo non repugnat naturalis inclinatio ad malum: et consequenter licet diligere nos ipsos supra Deum sit malum poterit esse contra inclinationem naturalem contra id quod diximus numero 162. Antecedens probatur: quia concupiscentia naturaliter inclinat ad bona delectabilia et sensibilia, quæ opponuntur bono honesto, sed bonum oppositum bono honesto simpliciter est malum ergo concupiscentia naturaliter inclinat ad malum. Probatur ex Apostolo ad Galatas 5. ~~concupiscit~~ Caro concupiscit adversus spiritum. et iterum ad Romanos 7 video aliam legem in membris

ratio re presentans legem mentis meae: et aliqua est in nobis inclinatio naturalis opposita rationi et spiritui respiciens aliqua inclinatio ad malum rationi dirigendo, appetitus sensitiva non aliter inclinat ad malum, quod per se et naturaliter malum sit rationi, sed per accidens et rationi alicuius circumstantiae malum sit secundo ratio ad prohibitionem huius bona sensibilia ut talia, non opponuntur bono honesto: quod honestum solum opponitur inhonesto: sensibile autem aliquando per accidens est inhonestum et sub consideratione non datur inclinatio naturalis ad illud bonum pro minimum Franc doctrina num. 162. ad 2 probationem eadem solutio aptanda est: quod in scriptura appetitus dicitur opponi rationi naturaliter et per accidens, quatenus ad bona, quae aliquando sunt mala, et contraria rationi inclinatio vero quam diximus supra Deus malum est per se et formaliter, et ideo non potest amare naturalis.

Quaestio 2

Comparatur dilectio sui ipsius cum dilectione proximorum

Sectio 1

171 An quilibet debeat se ipsum magis diligere quam proximum quemcumque?

Receptissima et vera Theologorum doctrina affendit unumquemque debere se ipsum diligere, quam Angelos et ceteros homines ad principium solum dilectio Dei praeferenda est dilectioni sui ipsius; dilectio autem sui ipsius praeferenda est dilectioni cuiuscumque proximi. Unde commune est axioma charitas bene ordinata incipit a se ipsa; in ad rectum charitatis ordinem pertinet, quod quis se

seipsum plus amet quam proximum. Ita S. Thomas 2a 2ae quaest. 26 art. 4. et Magister in 3o dist. 39, et Suarez disp. 9 de charitate sect. 1a, quos sequuntur omnes. Probatur hic doctrina ex D. Thoma quia charitas fundatur in participatione naturae rationalis, et communicatione Beatitudinis divinae: ergo post Deum, qui est principium naturae et Beatitudinis, debemus diligere plus eos, qui magis participant nostram naturam et Beatitudinem divinam, et quilibet magis participat suam naturam, et Beatitudinem divinam, quam naturam et Beatitudinem cujuscumque proximi, sive Angeli, sive hominis: nam quilibet participat per identitatem suam naturam et per veram unionem suam Beatitudinem divinam. proximi vero cum eis quae naturam et Beatitudinem solum participant amicus per similitudinem et per affectum: ergo quilibet debet se ipsum diligere plus quam proximum quamcumque, et hac de causa dixit Arist., amicabilia quae sunt ad alterum provenire ex amicabilibus quae sunt ad se, quia quilibet naturaliter prius inclinat in bonum suum, quam in bonum alienum. [172]

Confirmatur 1o ex D. Bonaventura in 3o dist. 29 quaest. 3. quia quilibet appetit plus appetit perfectionem in se ipso quam in suo simili: et quilibet pondus plus trahit corpus in quo est, ad suum centrum, quam corpus sibi annexum: ergo charitas primario inclinat ad uniendum nos Deo, quam ad uniendum Deo proximum, quia nobiscum solum habet similitudinem: ergo magis ex charitate debemus desiderare nobis Deum, quam proximo: ac proinde plus diligimus nos, quam alios ex charitate. Confirmatur 2o: quia Levitici 19 et Matthei 22 jubemur diligere proximum sicut nos ipsos: ergo dilectio sui ipsius est quasi mensura et exemplar dilectionis

proximus, et exemplar et mensura semper est prior et potior regulato: ergo potior et prior est dilectio sui, quam proximi. Quae argumentatio fit a D. Thoma citato numero ante, ex quae desumpsit ex D. August. lib. de mendacio Cap. 6.

L73 Dices: ex charitate debemus magis diligere ea quae magis Deo placent et quae cedunt in maiorem Dei gloriam. At saepe proximus magis Deo placet et cedit in maiorem Dei gloriam, quam nos ipsi: ergo saepe debemus diligere magis proximum quam nos ipsos. Haec obiectio charitatem, quae eminenter respectibus ad subiectum inhaeret, et ad cuius perfectionem infunditur ipsa charitas. Quare non debemus magis diligere ea quae ex se et in abstracto magis placent Deo; et ea quae magis placent Deo in homine; Deo autem magis placet ut ... mei quod ego non mentiar, quam quod mentiendo, sive causa impediendi multa peccata mortalia in proximo. Et charitas quae est in me non permittit quod ego benevolenter ponerem, ne quod ego damnem, licet inde sequeretur conversio, et salvatio omnium hominum et Angelorum, uti dictavit Argumentum, cuius dissolutio ex sequenti erit dirimenda.

L74 Sed rogas, an salus Christi Domini vel quamvis hominis debeat diligi supra nos ipsos ex charitate. Respondeo cum Magistro in 3° dist. 28 et Bonaventura in expositione litterae, et cum Alberto Magno art. 7, particularitatem illius in quantum homo posse sumi dupliciter. 1° ita ut cedat non solum supra nos, sed etiam supra personam. Dicimus: ac pertinet in quantum homo significat unionem ex natura et persona Divina

2°

7° per rationem illam particulam ita ut ista cadat supra ipsum hunc, ut praescindit a personalitate Verbi. in 1° sensu Christus ut inquantum homo diligendus est supra nos ipsos, ita ut si opus sit potius vellimus carere propria gloria, quam quod ipse pateretur iacturam suae. ratio est quia Christus Dominus ita sumptus est filius naturalis Dei et includit essentialiter et intrinsece Deum, et debemus diligere Deum supra nos ipsos ut constat: ergo etiam Christus Dominus ita sumptus. in 2° vero sensu Christus ut inquantum homo non est diligendus supra nos ipsos. ratio est quia Christus Dominus ita sumptus est proximus noster, ut diximus ex Augustino num. ... : sed proximus non est diligendus supra nos ipsos.

Secundo: itaque sicut Christi humanitas seorsim a personalitate Verbi sumpta non est digna adoratione latriae, quia ita sumpta nullo modo includit Deum: ita seorsim considerata a persona Verbi non est digna dilectione appretiativa supra nos ipsos, neque ad id inclinat charitas quae in nobis est. L75

Quaeres 1°: in quo consistat iste ordo, qui debet dari in dilectione sui ipsius, vel dilectionis proximi? suppono ex num. 42 unam dilectionem posse aliam excedere intensive et appretiative, quo posito dico 1°: non dari obligationem diligendi se ipsum plus intensive quam proximum. ratio est quia nulla datur obligatio amoris intensivi: nam intensio charitatis non cadit sub praecepto, neque tenemur diligere Deum super omnia intensive, ut probavimus a num° 46: ergo neque datur obligatio diligendi se ipsum intensive supra proximum. probatur consequentia: quia si daretur ea obligatio, daretur aliqua simpliciter obligatio,

diligendi se ipsum intensive. praeterea quia non plus obligamur ad dilectionem nostri supra proximum, quam ad dilectionem Dei super omnia.

Dico 2º, non dari obligationem

176 diligendi se ipsum plus obiective quam proximum. Probatur: quia licite possumus velle proximo maius bonum non solum temporale sed etiam spirituale, quam nobis ipsis; ergo non datur obligatio diligendi nos ipsos plus obiective quam proximum. patet consequentia: quia diligere aliquem plus obiective est velle illi maius bonum. ut supponitur. antecedens autem probatur, et explicatur: quia saepe proximus habet plura dona temporalia et spiritualia, quam nos habemus, cum autem omnino licitum et bonum sit, velle proximo bona quae habet, et in illis bonis complacere, licitum etiam erit velle proximo maiora bona quam nobis ipsis. praeterea nulla est obligatio charitatis diligendi nobis summa bona non solum temporalia ~~neque~~ sed neque spiritualia, quia non tenemur ad obtinendum perfectionem charitatis neque ad obtinenda alia dona spiritualia, ac proinde non tenemur ea bona nobis velle. ergo non tenemur ad diligendum nos ipsos obiective plus quam proximum. patet consequentia: quia haec obligatio supponit absolutam obligationem diligendi nos ipsos obiective, haec autem non datur: ergo neque illa; unde non solum licitum sed valde pium et honestum est velle obiective plus quam nos ipsos Beatam Virginem et Apostolos, aliosque, quos ad altiorem statum et excelentiora dona Deus evexit, et praedestinavit.

177 Qua propter reiiciendus est Magister Soto, qui lib. 2 de iustitia quaest. 4 art. 6 asserit esse peccatum dicere quod Deus mihi non diligat quam alterum. nam qui hoc di-

ci-

esse deberet et si caveat etiam minus diligere Deum quam ille qui minus diligit minus etiam diligit. Sed certum est hanc doctrinam Dom. Lorinc disp. 5. dubio 5 dicl. 6. asserentis esse licitum velle sibi minorem sanctitatem quam alteri, utrumque in quo ego reperi, quia nulla est obligatio amandi Deum summe intense, neque obtinendi maiorem sanctitatem prius ut videtur evidens: cum maiorem sanctitatem et intensiorem dilectionem Dei quam scio esse in Beata Virgine non teneor mihi velle. possumus enim et debemus plus quam nos ipsos diligere amare beatam Virginem. idemque dicendum de aliis, quos scimus praedestinatos esse a Deo ad altiorem gloriam.

Dico 3. dari obligatio diligendi se ipsum plus appretiative quam proximum quoad quae, hoc docetur in superiori doctrina, quia nulla alia maior superest quae debeamus nos supra proximum diligere, si ergo datur obligatio diligendi se ipsum supra proximum ex opere ista debet consistere in appretiatione, dicitur autem haec appretiatio in eo quod quilibet praeferat proprium bonum bono alterius. ita ut si opus sit proprium bonum vel alienum amittere potius velles alienum, quam proprium amittere. Et quia multa bona sunt diversi ordinis, et qualitatis examinandum restat quae bona propria praeferenda sunt alienis, quod sequentibus sectionibus examinabimus.. L78

Sectio 2

De ordine boni spiritualis proprii et boni spiritualis proximi.

Bona spiritualia in tria capita dividimus, ut facta singulorum comparatione cum bonis proximi mentem singularium proponamus. Primum bonorum spiritualium genus est negativum, videlicet evitatio totius peccati, L79

Cuius generis bonorum est vere id, quod amitti non potest abs- que peccato. Ita gratia sanctificans et habitus theo- logici, neque enim sine peccato amittuntur saltem in lege Christi [?]: idque quando dicendum de Beatitudine dixit Alex[ander] quod nullus in aeternum negatur nisi propter peccatum. Se- cundo bonorum spiritualium genus sunt ea omnia, quae sine peccato amitti vel non obtineri possunt. Cuius- modi sunt augmentum gratiae et gloriae, devotiones spiritu- ales, observationes consiliorum, gratiae curationum et similia. Et v[ide] positis

280 Dico 1°. bonum proprium negativum, sive evitatio- nis peccati debet praeferri cuicumque bono spiritu- ali proximorum, quare propter nullum negligitur committere peccatum etiam leve propter quodcumque bonum spirituale proximi, aut communitatis alicuius. Haec doctrina est certa de fide, constatque ex illo Pauli ad Romanos 3°. non sunt facienda mala ut eveniant bona, et Matthaei 16, quid prodest homini si universum mundum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur? idque docuit Augustinus in Psalmum 5. Certum nullum negligere praeferre mendacium, etiam propter excellentissimum finem et quamvis ex mendacio sequeretur evitatio probi[?] peccatorum in proximo, vel liceret sequeretur inde bonum mundi spiritualis. Non est evidens: quia implicat quod in aliquo casu liceat committere peccatum, propterea quod licet, non est peccatum; et quod est peccatum non licet; nam peccatum essentialiter est malum et prohibitum ac proinde illicitum. Ergo implicat in terminis quod aliquando liceat committere peccatum. Ergo evitatio proprii peccati semper obligat quantumvis ex eo peccato sequeretur salus spiritualis omnium hominum, et Angelorum. Id ergo quod hic et nunc est

et malum peccati, ubi nullus finis extrinsecus potest fieri bonum, neque licitum.

Infertur 1°. numquam esse licitum me exponere periculo proximo peccandi, etiam pro salute eterna proximi, vel omnium totius mundi, quia nam qui se exponit periculo proximo peccandi iam peccat, iuxta illud, qui amat periculum peribit in illo. Et numquam licet peccare etiam pro salute totius mundi: ergo numquam licet etiam pro salute totius mundi se exponere periculo proximo peccandi. Si vero periculum sit remotum, vel quo aliquis deliberat se illi exponere pro salute proximorum aut ex alia gravi causa, tamen quia hoc non est malum, neque ex suo genere est peccatum: ergo propter aliquam gravem causam potest quis illi periculo se exponere, cum etiam aliis propter lucrum temporale honestum potest quis mercaturam aut militiam exercere, aliaque munera, quae adiunctam habent occasionem et periculum aliquod peccandi: ergo multo magis hoc erit licitum propter salutem spiritualem propriam aut proximi. Similiter per consequens licitum est, ut hostium, mulierumque perditarum aliquis vel confessiones audire, vel [illegible] cum periculo aliquo peccandi remoto. Quando vero periculum sit proximum vel remotum, uniuscuiusque propria experientia et quidem viri timorati iudicio relinquendum est discernere. L 82

Infertur 2°. quod charitas magis inclinat ad id, quod sumus et nunc obligamur, quam ad quodlibet aliud bonum, quamvis sit excellentius, ad quod non obligamur. Quod nam? quod charitas semper inclinat ad non peccandum, non vero semper inclinat ad aliud bono

; et facere id, ad quod hic, et nunc obligamur, et non peccare. Quia charitas magis inclinat ad id, ad quod obligamur hic et nunc, quam ad quae alia bona sunt posita. ideo magis inclinat charitas ad solvendum pecuniam debitam creditori, quam ad elargiendam eleemosynam mendico. et magis inclinat ad laborandum, ut egenti familiae subveniatur, quam ad vacandum orationi per horas diei, et similia.

183 Licet haec doctrina certissima sit, obijcitur Michaeas cap. 2. utinam non essem vir habens spiritum et mendacium potius loquerer. Quo obtrectat Prophetam mentiri potius, quam quod populus in rebus calamitatis pateretur. Quod sic dicerim; satius potius bonum commune licitum est; et frat ... in duobus malis minus est eligendum. Et maius malum est peccatum grave et damnatio proximi, quam peccatum leve proprium. Quia peccatum leve proprium potest, et debet admitti ad vitandum grave peccatum, vel damnationem proximi. Confirmatur. Quia maius bonum divinum praeferri debet minori. Et maius bonum divinum est salus spiritualis totius reipublicae, quam salus spiritualis unius solius. Quia debet praeferre salutem spiritualem totius Reipublicae saluti spirituali propriae. Confirmatur. Quia bonum commune caeteris paribus anteponendum est bono privato: Quia bonum spirituale totius reipublicae, vel Ecclesiae plus a Nobis diligendum est, quam bonum spirituale proprium.

184 Resp. ad objectionem, Prophetam non optare mentiri faciendo, quod semper est peccatum; sed solum obtrectat carere spiritu Prophetico, et mendacium male proferre

qd vere quae sine peccato contingere poterat hoc autem ostendebat ex dolore calamitatis imminentis populo, quem dolorem intendit significare princ[ipalis] in gallice ea exageratione. Ad 3um [?] rationem Dico quod e duobus malis eidem homini imminentibus, minus malum elligendum esse, si tamen sibi immineat minus malum culpae, alteri vero malum; non debet permittere maius malum alienum et non potest elligere minus malum proprium culpae. Ratio est quod maius malum alienum contingeret absque culpa ma[?] minus vero malum proprium sine culpae tribuet. Ad 4um rationem Dico quod maius bonum divinum debet praeferri minori per media licita et honesta; si vero mediis inhonestis, quale est peccatum, quod est charitati contra: debemus velle id quod est ad sit maioris gloriae Dei, et quod ita sit non nostri sine id quod Deus vult hoc nos faciamus. Deus autem semper vult quod non peccemus quibuscumque non peccato oriatur bonum quod unumque. Ad 5um rationem dic, antecedens esse verum in bonis temporalibus et forte etiam in spiritualibus quae bona privata amittit sine peccato de quo infra dicemus. antecedens vero falsum est de bonis privatis amittendis est per peccatum: quia in nullo casu et propter nullum finem peccatum potest esse licitum ut vidimus. L 85

Dico 1°.

ea bona privata quae amitti non possunt absque peccato, absolute mens secunda sunt et in eius ipse bono animi, aut sanctitatis cuius cum ipse: et ideo quoad ista bona unusquisque tenetur se ipsum diligere. supra omnes proximos. Ratio huius

dictum est, quod ista bona utriusque proximi, si possunt ab-
sque absque peccato, debet procurare unusquisque hominis
fratribus quibuscumque bonum proximi, aut communitatis
cuiuscumque: ergo ista bona sunt praeferenda
cuicumque proprio bono proximi aut communitatis cuiuscumque
quae; itaque qui vellet amittere ista bona vel
etiam peccare, quod hoc est in eorum utrorumque voluntate amit-
tant: cum ergo fratres nullis modis liceat peccare,
neque licebit velle amittere ea bona. Cum fratres
nullus potest affectu absoluto et efficaci desiderare
privationem gratiae vel habituum supernaturalium qui
requiruntur ad gloriam. et similiter nullus potest
absolute desiderare carentiam perpetuam suae be-
atitudinis: quod ista evenire non possunt absque pec-
cato in statu providentiae. peccatum autem fratres nullis
modis admittere debet, aut potest.

146 Sed dices, an
talis affectu inefficaci licitum sit desiderare pri-
vationem gratiae, et charitatis. Dico id esse illicitum
si fieret propter salutem spiritualem alicuius personae pri-
vatae; fore vero licitum, si fieret propter salutem spiri-
tualem communis Reipublicae vel Ecclesiae. ratio primae
partis est, quod ceteris paribus unusquisque debet seipsum
diligere supra proximum: ergo nullus potest velle carere
gratia et charitate etiam sine culpa propter bonum personae
privatae: ergo non mirum quod desiderare affectu inefficaci
talia affectu inefficaci in praesenti est desiderium amitten-
di gratiam, si hoc sine peccato fieri possit. Ratio
vero secundae: quod bonum commune ceteris paribus ante-
ponendum est bono privato etiam proprio quando id sine
peccato fieri potest, ergo licitum est desiderare

privatione gratiae et charitatis propter salutem spiritualem totius rei publicae vel Ecclesiae, si id sine peccato fieri posset, et hoc est desiderare probabilitatione gratiae affectu inefficaci: ergo licitum est desiderare affectu inefficaci privationem gratiae propter salutem spiritualem totius Rei publicae vel Ecclesiae;

187 In sensu licitum etiam esse desiderare carentiam perpetuam visionis Beatae, et poenam etiam inferni damni affectu illo inefficaci, quo id fieret necessarium ad salutem totius rei publicae vel Ecclesiae, non vero propter salutem alicuius personae privatae, sed illatione quoad utramque partem probatur ex dictis; nam quoniam ceteris paribus unusquisque debet ex ordine charitatis praeferre bonum proprium bono privato proximi, et similiter ceteris paribus bonum commune praeferendum est bono privato etiam proprio, posito id sine peccato fieri posset. Ita explicat Cornelius et apud ipsum alii desiderium Moysis aliqui demum Exodi 32. aut dimitte propter culpam hanc noxam, aut dele me de libro vitae. id est, vellem pro salute totius populi divino aspectu privari, si id sine peccato contingeret, idque iure videntur significare verba Pauli ad Romanos 9. optabam anathema esse a Christo pro fratribus meis ut multi etiam interpretes eius exponunt.

188 Dices: nullus habitus inclinat, neque potest inclinare ad sui destructionem: ergo neque potest nisi ex charitate desiderare privationem gratiae, et charitatis

eius si ea privatio dirigeret sine peccato. pt
oñ. q si hæc desiderium eet licitus eet eius x
in clinationis charitatis, et confrat. q habitus
gre et charitatis nusquam possunt amitti nisi
per peccatum: q nusquam possumus desiderare
privationem vel amissionem gre et charitatis eius
pro salute totius rei publicæ vel Ecclesiæ, pro
qua non licet peccare. Deo n. eued in clinatio
charitatis velle destructionem sui absque pec
cato, propter maximum bonum commune, vel propter
maius Dei gloriam. ita si Deus petere præcipe
ret desiderium carentiæ charitatis, tale desi
derium n. eet de in clinatione charitatis, et eō
hoc est speciale habitum charitatis, qui incli
nat ad diligendum Deum super omnia, ac proinde
supra conservationem sui ipsius: est q[uod] ex
inclinatione charitatis velle sui destructionem
qd id sit gratius Deo, et absque peccato fieri
possit, unde pt ad argumentum, ad confirmationem
vero Deo, ... vot[um] ... legem communem et in
hac providentia, qua propter defacto n. licet de-
siderare privationem gre affectu absoluto, et effi
caci, bene tamen affectu in efficaci, et conditionali,
seu casu q illa amitti possit absque peccato,
qd in alia providentia et de pote absoluta posse
contingere, n. dubitamus.

190 Dico 3. ea bona quorum quæ absque
peccato possunt amitti n. debent præferri maiori bono
proximi, ac proinde n. debet homo quoad ista bona se
ipsum magis diligere quam proximo. probatur hæc assertio
facile. quia ista bona, quæ n. tenetur præ sibi velle

non tenet se magis diligere, quam proximum, ergo proximus
non tenetur sibi velle ea bona, quae amitti possunt absque
peccato. Ut probatur: ergo ipsa bona quae absque peccato
possunt amitti, non tenetur proximus se magis diligere quam
proximum. Minor probatur ex explicatis terminis, quia praeceptum
de ordine charitatis supponit praeceptum absolutum
de ipsa dilectione charitatis: quia ut ego tenear me
diligere supra te, necesse est, quod etiam tenear absolu-
tute diligere me. Nam qui tenetur magis diligere,
tenetur absolute diligere, ut est evidens. Ergo ea
bona, quae non tenear absolute mihi velle non tenear
velle mihi potius, quam proximo, itaque qui non tenetur
sibi velle, neque alteri episcopatum, non potest teneri
velle sibi talem episcopatum, potius quam alteri, neque
est dictum contrarium quia nullus tenetur sibi velle ea bona, di-
[illegible] [illegible] illa amittendo: [illegible] absque
ulla causa non esse curare ea bona, ergo a fortiori
licitum erit non esse curare ea bona propter salutem spiri-
tualem proximi, aut propter majus bonum illius.

Infertur 2º. L9D
licitum, et meritorium esse velle carere Beatitudine
ad tempus propter salutem spiritualem proximi. Ratio est
quia nullus tenetur velle sibi Beatitudinem pro tempore,
nam Beatitudo differri potest absque peccato,
dilectio autem haec augmento meriti abunde compensatur.
Hoc desiderium expressit D. Paulus ad
Philippenses 1º. coarctor autem e duobus desiderium
habens dissolvi, et esse cum Christo, permanere autem
in carne propter vos necesse. Simile desiderium legimus
de S.to Martino apud Bernardum in sermone de eius
laudibus, et de S.to Ignatio apud Ribadeneira

in eius vita. Infero 2º licitum esse non crescere in gra et charit. propter aliquod bonum proximi, vel Ecclesiae et ideo Religiosus laudabiliter vacat, ab orat. ut rogantes instruat vel penitentes audiat, quibus hisbus adid non teneat, sciat que ab orat. maius gr. aucmentum et venturus. Ro eadem est: quia non semper tenemur augere gram et charitatem: ergo omni modo tale aucmentum omittere liceque ulla causa, et a fortiori propter bonum proximi vel Ecclesiae. Infero 3º seculares posse et aliquando teneri non assumere statum religionis, ut sic beneficiat parentibus illes ipse in digentibus vel ut vitent gravissima damna Reipublicae, aut ne hereticus cum periculo pervers. omnis Reipublice in regnum succederet. hec enim gravia non solum sunt, et alioqui status Religionis non cadit sub precepto, sed sub consilio.

Sectio 3ª

Ipsorum bonum temporale proprium cum Spirituali proximorum.

Certum apud omnes est quod aliquando debemus contemnere bonum temporale proprium propter bonum spirituale proximorum, ita D. Augustinus lib. 1º de doctrina Christiana Cap. 27 et ex ipso D. Thomas hic quest. 26 art. 5. asserentes proximum plus a Nobis diligendum esse quam corpus proprium, hoc est plus quam omnia bona nostra temporalia. Ratio hic obligatio ex 1ª Joannis Cap. 3, in hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro Nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Unde Augustinus lib. de mendacio Cap. 6. in fullit temporalis vite sue pro eterna vita proximi non dubitabit Christianus amittere. Ro est quia anima est perfectiori modo potest participare beatitudinis, quam corpus proprium, et est longe Nobilior proprio corpore. Et charitas fundat

238 Dicendum est 2o inter actus attingentes

et dilz creatio illud dicitur magis meritorius quam qui
magis inclinat charitas, verum charitas plus
inclinat in amorem proximi coniuncti, quam in alte-
rum proximum, plus etiam inclinat in amorem proximi
coniuncti quam in amorem extranei, ergo quoad
cetera paria est perfectior actus amoris proximi ubi
quam amor proximi et perfectior est amor coniuncti
proximi quam extranei. Et ratio est quia plus inclinat
charitas in actus perfectiores et illi actus in
quos magis inclinat charitas sunt magis 259
conformes ordini charitatis, sunt etiam magis meritorii,
et ex suo genere nobiliores tamen eius
Dicendum

est 3°. Amor proximi amici esse perfectiorem et magis
meritorium quam amor inimici. Ratio est quia
amor inimici est minus conformis ordini
charitatis; nam plus inclinat charitas ad amicum quam
ad extraneum. Et actus qui est magis conformis
ordini charitatis perfectior est et magis
meritorius ergo. Praeterea quia amor inimici
sumit magis perfectionem ex obiecto, et videtur perti-
nere ad rationem amici quam ad rationem inimici, quod videlicet
pertinet ad meritum, sicut enim amor coniuncti
est magis perfectus quam extranei quia est magis
conformis inclinationi charitatis, ita amor
amici potest esse magis perfectus quam
amor inimici, nec obstat quod amor ini-
mici ex suo genere sit difficilior quia augmentum
meriti non provenit a difficultate actus, sed ab intensi-
one, et a nobilitate obiecti, vel a maiori obiecto.
Ita frequenter amamus eos qui extranei, amor vero

ra ps sit magis perfectus et meritorius, et ideo eius magis obligatorius, non dubito aliquo altero
eiusmodi esse magis meritorium, si ceteris paribus scilicet sit
magis intensus, vel habeat extreme maiori motivo
honesti aut nihilo... ad quod colligitur solum quia minus,
etiam opere omnia esse minus perfectus, si cetera sint
paria, et utrumque actus habeat motivis eque
perfectis, et qui actus sint eque intensi.

240. Dico 4o. est ... misericordia simpliciter a charitate
charitatis, ac propterea non est opus ulla charitas
nulla, quae det ... misericordiae distinctae a
charitate? Cor... 33 ... charitatis ...
ultima et 8a ... disp. 26 dubio 4o. affirmant
misericordiae... habere esse actus charitatis
et solum ... inter ... charitatis
et misericordiae, quod ... scilicet quia misericordia
charitatis ... docent non
dari virtutem misericordiae distinctam a charitate
communior iam ... ex D. Thoma hic ...
... Suarez disp. 4a. sect. 2a. ... admittit
specialem virtutem distinctam a charitate, quae sit miseri-
cordia, ... actus misericordiae non esse
est aliter actus charitatis licet saepe a charitate
eveniat misericordia.

241. Hanc ... verissimam
iudicamus illam ... quod illa est virtus spe-
cialis et ... distincta quae ... bonum finale
... ab obiecto finali aliarum virtutum. ... miseri-
cordia ... bonum finale ... ab obiecto finali charitatis: ... misericordia est virtus specialis ...

et dicta charitas maior certa est aliquam
nullus dabit [illegible] diligendum ut vir nostr [illegible]
ab alia [illegible] quae fundamentum [illegible]
charitas habet [illegible] proximi [illegible]
relaquerunt [illegible] theologica [illegible] mer-
[illegible] haec [illegible] fratri [illegible] bonitas
proximi [illegible] misericordia requirit habere
[illegible] bonitas
[illegible] misericordia
proximi [illegible] propter bonitatem [illegible] sublevare
[illegible] miseriam proximi [illegible] propter obiectum formale
[illegible] misericordia habet
[illegible] obiectum formale [illegible] fratri charitas
theologica [illegible] moralis.
[illegible] 242
[illegible] ad-
[illegible] volle-
[illegible] miseriam proximi propter Deum vel propter
bonitatem [illegible] proximi [illegible] requirit [illegible]
[illegible] misericordia dicta a charitate [illegible]
[illegible] propter illa [illegible] vellimus sublevare mise-
riam proximi [illegible] charitatis theologicae
vel moralis [illegible] efficacem [illegible]
[illegible] moralis [illegible]
[illegible] propter Deum [illegible] misericor-
diae [illegible] virtutes morales [illegible] charitas
[illegible] Thomae [illegible]
[illegible] misericordia [illegible] cha-
ritas nisi vellimus [illegible] morales [illegible] excludere.
[illegible] semper vol-
lemus, nec tamen [illegible] misericordiae,

propter Deum, aut propter bonum proximi: et ideo si propter
Deum, neque propter bonum proximi, sed solum propter
honestatem repertam in sublevanda miseria pro-
ximi exercemus actus misericordie, tunc ille
non pertinet ad charitatem sed ad specialem virtutem
misericordie ita ut ad temperate vivendum est
virtus temperantie, ad aggrediendum pericula
virtus fortitudinis, ad colendum Deum virtus re-
ligionis licet ista omnia possint fieri similiter
propter Deum.

243 Colliges, misericordiam esse virtutem minus per-
fectam, et ignobiliorem virtutibus Theologicis, imo etiam
ignobiliorem religione, pietate, aliisque virtutibus
moralibus. Quod sit quia virtutes Theologicae habent
nobilius obiectum formale et similiter religio, pietas,
quae pendent a[illegible] magis obligatorio atque ideo generan-
tiale in meritorie. Dixit autem D. Thomas mi-
sericordiam esse maximam virtutem non absolute
sed quia quod pertinet id quod est proprium et speciale
huius virtutis non reperitur in aliis. aut penitus in
hoc illas excedit, quod est aliquid quod habet alia
virtute dici, et a D. Thoma dictum est de religione,
pietate et aliis: absolute vero misericordia
non potest esse virtus omnium maxima, et hec doctrina
clarissima, et certissima est, nam in nullo ratione
eam impugnat Caietanus, qui eius vilibus, et implicitis
rationibus obiecta[illegible], ut videre est apud
Ferrandum in [illegible] Vaiae Lo[illegible] lib. 5.

Quinto.

De l'effectu externo charitatis
scilicet de Eleemosyna.

Nulla divisio atque celebritas eleemosinae

Post nostras de affectibus internis charitatis, ex quibus varia
sunt varia, pro libravimus de effectus externos 244
charitatis explicandos cum D. Thoma [illegible] facti-
mus. Tres autem sunt effectus externi charitatis, scilicet
beneficentia, eleemosina et correptio fraterna, de
duobus posterioribus multa a Nobis dicenda
sunt. De beneficentia autem breviter diximus,
esse virtutem, qua alteri bene facimus, seu exhi-
bemus beneficium, quae pertinet ad misericordia,
[illegible] de qua re distinguit, quod misericordia bene-
facit aerumnoso et misero, beneficentia vero
etiam extendit ad non aerumnosos; nota cum D. Thoma
hic quaest. 31 art. 1o quod nulla creatura Dei proprie
habet beneficentiam, quia bene facere affert quandam
superioritatem accipientis beneficium, et quod bene-
ficium est aliquid acquisitum in alteri; quilibet autem
creatura inferior est Dei, et illi debet quidquid facit
et potest facere, cum autem beneficentia dicatur effectus
charitatis, infra ditabit, ut eo de distinctione [illegible]
de eleemosina expediamus. 245

Est ergo eleemosina
opus, quo aliquid tribuitur indigenti ad levanda
eius miseriam. Ita D. Thomas [illegible] D. Augustinus in Enchiridio
cap. 76 et ex eo Scholastici omnes, et magis [illegible]
[illegible] eleemosina est opus misericordiae
[illegible] voluntate liberandi alterum a miseria [illegible]
sed re ipsa aliquid tribuamus indigenti, quo eius
a miseria [illegible]. [illegible] opus externum absolute
dicitur virtutis, quia tale opus pertinet [illegible]

amor, et hac de causa in alijs externis absolute pertinet ad virtutem religionis, et ieiunium absolute pertinet ad virtutem abstinentiae. Si ergo eleemosina amor proprius honestatis repertus in sublevatione miseriae proximi, utique amor ab motibus misericordiae, et proinde eleemosina absolute pertinet ad virtutem misericordiae.

246 Ceterum licet eleemosina pertineat ad alias virtutes, si ex motibus illarum fiat, quia eadem actio physice considerata potest in omni modo, et per diversos motiva pertinere ad diversas species virtutum: ac possum ego exhibere quempiam quod illa debeo, et tunc illa exhibitio est actus iustitiae. Possunt etiam illa quae mihi exhibere ex motibus gratitudinis divinae aut pietatis vel ut subveniam proximo propter Deum, et tunc ea collatio pertinebit ad gratitudinem, ad pietatem vel ad charitatem: et quia eleemosina communiter fit propter amorem proximi et per se propter amorem Dei ideo Sanctus Thomas quaestione 32 articulo 1 asseruit eleemosinam esse actum seu effectum charitatis theologicae vel moralis, quod si aliter fit, ut solet, ex motibus horum virtutum.

247 Dividitur eleemosina in corporalem et spiritualem secundum varietatem miseriarum quibus homo obnoxius est, hae misericordiae seu eleemosinae opera notissima sunt apud fideles, quae in catechismis reponuntur quatenus de spiritualia comprehenduntur eo versiculo. Consule castiga solare remitte, fer ora. hoc est consilio et doctrina iuva indigentes, et ignorantes, peccatores corrige, consolare

meis injurias, dona, molestias ipsi moris sustinere patienter, pro vivis et defunctis ad Deum orando, soluta sunt eleemosinae corporales, quae altero versiculo continent. visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Scilicet infirmus, vel carcere inclusos visitando, potum sitienti, et cibum esurienti, captivos redimendo, vestes nudo exhibere, vestire, hospitio peregrinos, et mortuos tegere sepultura. haec omnia misericordiae opera esse varius sacrae paginae testimonia adducunt, quae videri poterunt in P. Valenzia disp. 3. quaest. 9 puncto 2°. 248

Quam praestantia, et excellentia eleemosinae multa et Notabilia praedicant Sancti et Theologi quae late videri possunt in Valenzia citato puncto 3° et apud Belarminum tomo 3° controversiarum lib. 3° de bonis operibus in particulari et passim aliud, sunt in multos Notabilissimos effectus et utilitas eleemosinae est liberare a peccato et a poenis inferni et mereri vitam eternam. Mathei 25. percipite regnum etc. esurivi enim, et dedistis mihi manducare. Lucae 11° date eleemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Thobiae 12. Eleemosina est quae mundat peccata et iterum Thobiae 4° Eleemosina ab omni peccato et morte liberat et non patietur animam ire in tenebras. Propterea adeo ponderarunt Sancti Patres ut Augustinus serm. 6° ad Fratres asseruerit numquam vidi pium hominem mala morte finiri. Item Patres sui vero, scilicet Basilius, et Gregorius Nazianzenus in tractatu de opere et eleemosinis asseruerunt efficacitatem eleemosinae, cum efficacitate Baptismi ad delendum peccata

conferendo ore et confessione eius antefereri bis.

Haec in-

249 sia ita intelligenda sunt, et Catholicae veritati
non adversent. Fuerunt quippe Haeretici, qui asse-
verentesque eleemosinam sine charitate sufficere
ad remissionem peccatorum et salutem obtinendam
quibuscumque tandem modo quis vivat, quos Haereses a Divo
Augustino deputatas in Enchiridio cap. 77 No-
biores Haeretici suscitarent. Sed contra stant
omnes Scripturae quae poenitentiam et observationem
mandatorum tamquam necessaria ad salutem com-
mendant et praeterea contra hunc errorem stat
Apostolus I ad Corinthios 13. Si distribuero
in cibos pauperum omnes facultates meas, cha-
ritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Re-
sunt ergo intelligenda testimonia adducta non
enim, quatenus generat eleemosina quae
emanet a charitate Theologica seu quae fiat
propter Deum summe dilectum; nam talis eleemosina
tamquam actus charitatis perfecte utique iu-
stificat, et vitam aeternam meretur.

Quod si eleemosina
250 non emanet a charitate, et ab ipso mo-
tivo eleemosinae vel ab alio inferiori charitate
ad hunc eleemosina non valebit ad remissionem pec-
catorum, quatenus est dispositio congrua, ut Deus
peccatori tribuat maius auxilium et illum ad
poenitentiam perducat, praecipue propter orationes
pauperis eleemosinam accipientis. Si vero elee-
mosina fiat ab homine iusto satisfaciet pro
poenis debitis peccatis iam remissis, et inde et...

Celer

deleat aliquas culpas veniales ei oppositas.
sicut etiam actus aliarum virtutum delent culpas
veniales, quae illis opponuntur, et ~~quae~~ solum
quoad hoc eleemosyna praefertur Baptismo,
quia Baptismus semel dando delet culpas, et
poenas illi debitas. eleemosina vero totiens delet
culpas veniales contrarias, et poenas aliquas
~~de~~bitas peccatis remissis quoties fit. praeterea
~~de~~ eleemosina facta ab homine iusto est
meritoria ad condigno augmentum gratiae et gloriae,
quod commune est omni actui supernaturali elicito ab
homine iusto. Adverte cum D. Thoma hic art. 3o, ele- 251
emosinas, seu opera misericordiae spiritualia esse
magis meritoria corporalibus. ratio est, quia ex genere
suo sunt actiones nobiliores, eo quod praeveniunt
nobiliori subiecto, videlicet animae: nam opera
misericordiae spiritualia intendunt salutem, et per-
fectionem animae, opera vero misericordiae corp-
oralia directe in bonum corporis diriguntur. de
utroque eleemosinarum genere verum est quod docuit
~~[illegible]~~ 2a sect. 3a ex omnium Theologorum videlicet
hominem misericordem affectu supernaturali frequenter
salutem aeternam adipisci. et illud Christi Domini
Mathei 5o. Beati misericordes, quoniam ipsi miseri-
cordiam consequentur.

Sectio 2a 252

An det praeceptum faciendi eleemosinam.

Loquimur in praesenti de eleemosina corporali
de qua per totam hanc quaestionem disseremus. Spiritualem
vero eleemosinam in quaestionem sequentem remittimus.

qui a minimo errore Manicheorum qui refutat
D. Augustinus lib. 20 contra Faustum cap. 10, dican-
dum. Nobis est dari praeceptum faciendi eleemo-
sinas corporales, quod est contra[?] cap. de[?], et adducit quae est
15 Deuteronomii: Ego praecipio tibi, ut aperias
manum tuam egeno et pauperi, et iterum Ecclesi-
astici 29: propter mandatum assume pauperem.
et Proverbiorum 21: qui obdurat aurem suam
ad clamorem pauperis et ipse clamabit et non
exaudietur. Et praecipue docuit nos hoc praeceptum
ipse Dominus apud Matthaei 25: discedite a
me maledicti in ignem eternum, esurivi enim, et
non dedistis mihi manducare. unde sequitur dari
obligationem gravem faciendi eleemosinas. nullus
enim damnatur nisi propter transgressionem et quidem
gravis praecepti. Simile argumentum sumitur ex eo quod prima
Joannis 3o dicat immisericordem non posse
habere charitatem Dei. nam id quod est incompatibile
cum charitate est peccatum mortale, ac proinde est
contra praeceptum.

253 Haec testimonia comprobant, dari praeceptum
divinum faciendi eleemosinas, quod autem hoc praeceptum
sit etiam naturale probatur: quia ipso naturae lumine constat malum
esse non succurrere proximo posito in gravissima et
extrema necessitate, et id quod naturae lumine constat est
obligatio naturalis. Confirmatur[?] probatur maior: quia
ratio naturalis dictat quod plus existimari debet vita
hominis quam pecunia. [?] vero naturalis dicat malum
esse, quod plus existimet pecuniam quam vita hominis,
ac proinde est contra ius naturale non succurrere homini in
extrema necessitate. Confirmatur quod naturale est illud

proximo, quod tibi non vis, alteri ne feceris. Et nullus rationabiliter suguius amat, minus quis fortunas: eneque debet amare vitas proximi, minus quis fortunas: eo quia si necesse sit ad servandas vitas proximi debet homo fortunas, seu pecunias contemnere, ut illi subveniat.

Utraque 254
autem obligatio faciendi eleemosinas simul probatur, quod obligatio diligendi proximum est obligatio Divina et naturalis: Et obligatio faciendi eleemosinas saltem in extrema necessitate includitur in obligatione diligendi proximum: ergo obligatio faciendi eleemosinas saltem in extrema necessitate naturalis et Divina est. Maior probata a Nobis est a num. 232. Minor vero constat: quod vera dilectio proximi non consistit in verbis, sed in opere et veritate. Ut dicitur 1ª Joannis 3º. neque enim diligit proximum, qui perire permittit eum, cum possit illi succurrere. Quare praeceptum hoc faciendi eleemosinas omnes homines obligat etiam infideles, qui naturalibus praeceptis obstricti sunt ex ipso, quod ratione utantur.

Sed cum omnia praecepta 255
naturalia ad Decalogum reducantur Theologis, dubium est in quo praecepto Decalogi contineatur praeceptum eleemosinae. Sanctus Thomas tamen citato 5º videtur reducere hoc praeceptum ad 4um Decalogi, ubi praecipitur pietas principaliter quo ad Parentes et minus principaliter quo ad reliquos homines. Alii Theologi reducunt eleemosinam ad 5um praeceptum Decalogi, per illud Ambrosii: pasce fame morientem, si non pavisti, occidisti. Verior mihi sententia est Alberti Magni in 4º dist. 15 art.

qui reducit eleemosynam ad 7um praeceptum Decalogi
Ratio est quia 7o praecepto directe prohibetur avaritia
et per consequens vis amandi divitias, prohibetur quoque
amor illarum inordinatus; misericordia autem
eleemosynae opponitur avaritiae, et amori inordi-
nato divitiarum. Quod autem praeceptum eleemosynae
sit affirmativum, non tollit quominus includatur 7o
praecepto in quo etiam continentur praecepta positiva re-
stituendi ut omnes docent.

Sectio 3a

256 An praeceptum eleemosynae obliget ex
iustitia vel ex misericordia?

Non procedit difficultas de illis personis quibus
aliqua est specialis obligatio faciendi ele-
emosynam: quia certum est, posse dari obligationem
iustitiae erogandi eleemosynam, si ut dicitur
aliquis ab alio accipiat pecuniam pauperibus
erogandam, vel iure personali accipiat ~~ex~~
stipendium ut aliquam eleemosynam dis-
tribuat indigentibus vel denique, si iure here-
ditario obtineat maioratum ea lege fundatum
ut ex ipso quot annis certae eleemosynae fiant.
Non itidem procedit difficultas de personis ecclesias-
ticis, de quibus specialiter est controversia quibus iure
teneantur obligati, qui tenent, faciendi eleemosy-
nas, quam difficultatem infra examinabimus.
Sed hic loquimur in praesenti de praecepto elee-
mosynae omnibus communi, vi cuius quilibet tenetur
de superfluis subvenire proximo saltem extreme
indigenti. Rogamus quoque an bona de vita
egenti solutis suae necessitatis, sint de vita

ex iustitia vel aliqua misericordia? Triplex est

in hac difficultate sententia. Prima affirmat, Divites teneri 257
ex iustitia succurrere extreme et gravaliter indigenti.
ita Caietanus 2a 2ae quaestione 118 articulo 4. Aragon
quaestione 32 articulo 5, et Covarrubias lib. 3. variarum
Cap. 14. Secunda docet, Divites ex iustitia solum teneri
succurrere proximo extreme indigenti. Ita Dibus
Bonaventura in 4. dist. 15. dubio 5. Rebellius
lib. 8. de restitutione Cap. 1. Alii quam plures
quos refert et sequitur Petrus Hurtado de Mendoza
159 sectione 3a. Tertia vero quae est Suarez et aliorum,
in extrema et gravi necessitate solum dari obligationem ex
misericordia non vero ex iustitia succurrendo proximo.
auctores huius sententiae videre poteris apud Hurtado
citatos quibus adde Mildaus 2a 2ae quaestione 32 dubio
3. Coninck disp. 2 dubio 7. Belarminus lib. 3.
de bonis operibus Cap. 6. Reginaldus lib. 4. Cap. 9.
Bonacina tractatu de legibus disp. 3a
sectione 5a punto 6. Nabarrus in manuali
Cap. 24. Sotus lib. 5. de iustitia quaestione 3a art. 4
et ranus PP. Amicus disp. 31 sectione 5. cum his 258
doctoribus.

Nostra dicitur sententia Vallis ex illo praecepto
eleemosinae hoc obligat ex iustitia; sed solum misericordiae
dic subveniendi proximo extreme indigenti.
colligitur primo ex D. Thoma cit. lib. 6 art. ...
asserit, Divites non elargientes eleemosinam ex suo
patrimonio non usurpare sibi ... quod proprium
quod alienum est sed solum peccare contra virtutem ...
legis in erogando, quod oportet. quod si divites

ex iustitia tenerentur facere elleemosinam ex bonis
patrimonialibus proximo extreme indigenti, utique
si eo casu non facerent eleemosinam, retinerent ad
alienum et non solum peccarent abusu rei propriae,
sed retentione rei alienae: atqui iuxta D. Thomam
divites in eo casu solum peccant abusu rei propriae,
ergo non peccant contra iustitiam: ac proinde obligatio
faciendi eleemosinam eius in extrema necessitate
est solum obligatio ex misericordia.
Ratio vero
259 probatur secundo: quia si preceptum eleemosinae in
extrema necessitate obligaret ex iustitia, qui non
faceret in eo casu eleemosinam, teneretur restituere
omnia damna, quae propter talem necessitatem proximus
incurrit: sed hoc est plane falsum et absurdum:
ergo falsum etiam est, quod preceptum eleemosinae in extrema
necessitate obliget ex iustitia. Maior probatur
quod omnis debitor ex iustitia, si potens non restituit,
tenetur ad omnia damna quae creditor patitur et
neque damna proveniunt ex actione iniuriosa
qua res aliena retinetur invito domino; proximus
autem extreme indigens creditor est, et dominus
illius rei, quae ipsi debetur ex iustitia. Minor vero
communis est inter theologos, et probatur a paritate, quae
a nullo negatur: nam qui potest offendere proximum
et non offendit, non tenetur restituere damna
inde subsequuta vel in vita vel in bonis proximi
quae vellet non tenebatur ex officio ea damna
impedire: ut qui potest impedire damnum
vineae alienae, si non impediat, non tenetur resarcire,
illud damnum; ergo similiter qui non impedit

damnis proximi in extrema necessit. non tenerj . 86
restituere damna inde subsequuta: ergo
obligatio succurrendi non est ex iustitia. Probatur
2°. quia divites non privant dominio suorum 260
bonorum eo quod proximus extreme indigeat: ergo
divites non tenent ex iustitia succurrere
extreme indigenti. probatur cons. quia si tenerent ex
iustitia ideo esset quia retinerent bona non sua seu
quorum non haberent dominium. ans. vero probatur.
tum ex D. Thoma supra citato, tum quia si divites
privarent in eo casu dominio suorum bonorum,
non possent valide ea bona donare, aut mutu-
are. et ita donata aut mutuata deberent
restitui indigenti: sicut filius qui est sub
cura paterna non potest donare aut mutuare
valide bona paterna. quia non est illorum dominus.
Nec talia bona possunt ab alio retineri, unde
isti contractus erunt invalidi. Nec omnia falsa sunt:
ergo et id unde sequuntur. Probamus presertim et
Caietanus et authores prime sententie semper ma-
nent graves necessitates proximorum, si ergo in
gravi necessitate tenerit dives ex iustitia succurrere
egenti, nunquam valide donabit aut mutuabit
Dives omnes quia illi illius contractus erunt invalidi: quod
est inauditum. 261
Obiicit 1° D. Thomas 2a 2ae quest. 118
art. 3 ad 2m. debitum faciendi eleemosinas
esse debitum legale et debitum legale est debitum
ex iustitia ut ipse S. D. [illegible] alias explicat
illud quod dicitur [illegible] a debito morali quod [illegible]

obligat ex ratione sui [?] aliqua virtute: ergo debitum faciendi eleemosinam ex D. Thoma est debitum ex iustitia, saltem in extrema necessitate. Confirmatur ingenti PP. authoritate quorum testimonia plena manu adducunt Petr. Navarr. supra citato et clarissimum videtur illud Gregorii in 3 p. Past. cur. admonitione 22: Nam cum qualibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur; iustitiae debitum potius solvimus quam misericordiae opera implemus. Idem quoque docere videntur alii SS. PP. Basilius orat. 3, qui tenacitatem [?] obligat, et praeceptum elementiae eleemosinae.

Resp. D. Thomam ita intelligendum
262 esse, ut sibi ipsi non opponat, si autem debitum legale intelligit debitum ex iustitia contrarius erit sibi ipsi supra [?] eo loco a nobis adducto num. 258. quapropter dicendum est debitum legale apud S. Thomam esse debitum ex aliqua lege praescriptum et ea lex in favorem alterius lata sit et hac ratione debitum legale non est nisi quod debitum iustitiae, ut patet, quando alias debitum legale accipitur pro debito rigoroso iustitiae hic non debet in eo rigore exponi, sed in sensu tantum a nobis indicato. Ad confirmationem Resp. SS. Patres semper in hac materia uti locutionibus improprijs, hyperbolicis et concionatorijs ad exaggerandam obligationem faciendi eleemosinam. Praeterea saepe accipitur iustitia non quatenus est singularis virtus, sed quatenus complectitur omnes virtutes, quae acceptio invenitur in sacris litteris, et in hac acceptione exponendus est S. Gregorius, aliique PP.

Obijcies

Obyarl.^o Pauper in extrema necessitate potest licite capere bona divitis: ergo pauper in extrema necessitate habet ius in bona divitis quae sibi necessaria sunt ad sublevationem necessitatis: ergo si dives in 263
eo casu sibi succurrat peccat contra ius pauperis, ac proinde contra iustitiam. Ante ab omnibus admittitur cum D. Thoma 2.a 2.ae
quaest. 66 art. 7.º conclusio vero probatur quia nullus potest licite capere ea bona in quibus ius non habet, alioqui licitus aliquando erit furandi, et usurpatione rationabili invito domino quod nullus concedit. ergo pauper, qui potest capere bona divitis invito Domino, habet ius in talia bona. Unde deinde colligitur quod ille peccat contra iustitiam, qui peccat contra ius alterius, sed dives non succurrens in extrema necessitate peccat contra ius pauperis: ergo peccat contra iustitiam. Confirmatur quia in extrema necessitate omnia sunt communia: ergo pauper in extrema necessitate habet ius ad bona sibi necessaria: ergo si illi talia bona denegentur, fit iniustitia. 264

Contra arg. nego consequentiam ad cuius probationem nego; si loquamur in extrema necessitate, quod ipsa bona aliena poterit usurpare ad tuendam vitam. Ille tamen usus ratione non est furtum, quia dominus rei non est invitus rationabiliter, cum potius debeat et teneatur succurrere proximo et magis velle vitam illius, quam bona propria fortunae vel si mavis omitte si ergo et nega ... pauperis ad iniungere . . . partem divitis pro bona divitis non autem dives illi succurrat. Unde si dives impediat directe et per violentiam quod pauper capiat bona sua utique peccat contra iustitiam, quia facit contra ius . . .

pauperis capiendi ea bona si tamen sine violentia impediat et ipsi indicet occultando sua bona vel illa non elargiendo, ipse peccat contra charitatem, quia pauper non habet ius, ut dives ipsi illa porrigat sua bona.
Unde dicat quod in pauperio in extrema necessitate omnia sunt omnia communia, non quod dives desinat esse verus dominus, sed quod extreme indigens potest licite capere bona eius aliena sibi necessaria, quin aperte dominus illarum bonorum contradicat rationabiliter immo [illegible].

265 3º obijcit: eadem debet ex iustitia ad quod faciendum ponimus omni persona iudici, sed ad faciendam eleemosynam extreme indigenti potest cogi dives persona iudicis: ergo dives debet ex iustitia facere eleemosynam extreme indigenti. Minorem probat [illegible] quod cit ex precepto in glossa Cap. [illegible] dist. 47 · maior vero probatur, quia nullus potest cogi per personam iudicis ad erogandam quae sua sunt, ac per se ad erogandam quae non sunt debita ex iustitia.
Hoc argumento maxime [illegible] dit Caietanus, sed revera est inane quia maior est falsa et illius probatio negatur: ratio est quia iudex potest cogere non solum ad actus iustitiae, sed etiam ad actus aliarum virtutum, praecepta illarum quae necessaria sunt ad bonum commune, qualis est charitas et eleemosyna debitis exigentiis, ita iudex obligat ad non fornicandum, ad non perjurandum, ad non relinquendam fidem, [illegible] licet ista non sint debita ex iustitia, sed ex aliis virtutibus ad bonum reipublicae pertinentibus.

Lectio 4ª

An Ecclesiastici obligentur ex iustitia

Ad faciendam eleemosinam?

Hec difficultas si est q̄ ferè omnibus in dicendo longa 266.
exigeret disputationem, d' qd solum in ei tenetur in eo
obvenimus, breviter est ponemus exiguum hac manu ad
praxim notanda sunt, interim quod pretios in signantibus
qui stant pum. de hac tractant. Premittendum autem
difficultates sucedere de bonis mere Ecclesiasticis videlicet
de illis que recipiunt ex Beneficio Ecclesiastico perpetuo
vel Canonicato Decanatu aut alio beneficio simplici
vel curato: non de bonis patrimonialibus aut quasi patri
monialibus, cum circa ea fere difficultas in persona eclesiasti-
ca ac in aliis secularibus, ac proinde etiam ecclesiastici de his
bonis debent ex charitate & vera et iustitia facere
eleemosinam, sicut de secularibus diximus sect. Anti. hanc
bonorum divisionem explicat Granado et antiquioribus
libro 3o. disp. 3. sect. 2a.

Premitto 2o. clericos eccle- 267
siasticos, et quoscumque qui beneficiarios tenent sub
mortali teneri erogare in eleemosinam et pios usus bona
que sunt de redditibus Ecclesiasticis superfluunt post congruam
suorum sustentationem. Hoc supponit nullo Theologo
aut iuris perito negat et oppositum vocat improbabile
Pedrus Aberto disp. 260. sect. 1, ubi fere omnes Doctores
citat, & veritate Nam supposita illa que est decreto
Tridentino sess. 25 de reformatione. in quo expresse
prohibet, ne episcopi consanguineos vel familiares
suos ex redditibus Ecclesiasticis ditent, sed distantes et
pauperibus occurrant: Hoc autem ideo prohibet quod ex
superflue tenent pauperes alere, id quod saepe
aliqui inculcat in iure canonico. Ratio autem supra sup-
positio est quod non bonorum Ecclesiasticorum, hy ipse status

persone ecclesiastice: nam clerici ex proprio facto sui status tenentur magis christi operibus pietatis et misericordie [illegible] ipsa, atque bona ecclesiastica relicta sunt a fidelibus in prior usus erogandum, et ideo specialiter de eorum patrimonio Christi Domini, et quidem qui ea in suum usum non proprium, utique gravant conscientiam, et contra intentionem [illegible] redituum.

268 Premitto 3º clericos beneficiarios magis obligari ad elargiendas eleemosinas, quam divites seculares, ita omnes nullo discrepante, et infertur ex communi quod divites seculares non tenentur superflua sui status in eleemosinas distribuere, nisi in casu necessitatis extreme, quae non occurrente possunt licite suis consanguineis superflua donare, et in usus non pios distribuere, et hoc non licet clericis beneficiatis ut vidimus &c. Et tertio quod beneficiati tenentur cum [illegible] de retinendo facere eleemosinas: nam si dives secularis solum tenetur in extrema, non vero in gravi necessitate de necessariis ad statum succurrere, ecclesiastici etiam de necessariis ad statum tenentur succurrere in gravi necessitate, quod si sit episcopus aut prelatus tenetur etiam necessitates inquirere, ad quod nullo pacto tenentur seculares quantumvis divites, multo [illegible] pretio et et gravior obligatio ecclesiastici quam secularis divitis ad faciendas eleemosinas.

269 Est tamen gravissima difficultas, an haec sit obligatio ex iustitia in personis ecclesiasticis, ita ut si persona ecclesiastica in [illegible] redditus ecclesie in usus impios teneatur eos redditus restituere pauperibus aut aliis piis usibus? affirmative [illegible] recentes et erudite defendit Martinus Navarro

in tractatu de redditibus ecclesiasticis quaest. 1 et 2 et
in Apologia eiusdem tractatus. Hanc etiam defendunt
Panormitanus, Archidiaconus, Turrecremata et
omnes fere Canonistae cum suo Principe Gratiano Cap.
Episcoporum §. quid. et Theologi illam sequuntur Alensis
Gabriel Maior Ricardus Armilla Petrus de Soto
et Franciscus Turrianus in epistolam quam ad eundem refert
Navarrus ad calcem sui tractatus. Dicunt autem isti
Doctores ergo quod bona Ecclesiastica non sint sub dominio
Beneficiatorum, sed sub dominio Ecclesiae, velut
alii volunt sub dominio solius Christi Domini. 270

Oppositam
sententiam [illegible] hanc obligationem faciendi eleemosinas
de superfluis post congruam sustentationem personae
ecclesiastici non esse ex iustitia defendit validissime
et doctissime Franciscus Sarmiento libello de redditibus
ecclesiasticis contra defensionem huius libelli D. Navarri.
Et hanc etiam sequitur Covarrubias Iuris consultus Capite
cum in officiis de testamentis, cum qua defendunt plures
ex Theologis ut Bañez, Sotus, Ledesma, Aragon
Lorca, Valentia, Azor, Vazquez, Suarez
et uterque Molina, [illegible] et [illegible]
[illegible] Corduba [illegible]
[illegible]
quaest. 2 §. 5 cont. 7 Granada tom. 3 tract. 11 disp.
3a et Lorca disp. 22 dubio 11. Haec etiam fuit
opinio sancti Thomae ad mentem Caietani et 272
quodlibeto 6 art. 12.

Tandem cum his concordantia,
Resolutio est clericum non obligari ex iustitia ad faci
endas eleemosinas de bonis Ecclesiasticis. Haec resolutio

P. S.

intelligenda sit de clericis secularibus, et nullo pauper-
tatis voto obstrictis, quales hodie sunt in ecclesia,
postquam facta est divisio bonorum Ecclesiasticorum; nam
eo tempore, quo olim erant omnia clericis communia, et
quod nullus eorum in particulari erat dominus spe-
cialis bonorum ecclesiasticorum, et solum usus illorum, ut modo contingit
in religionibus; clerici autem qui paupertatis voto
obstricti erant, proinde incapaces erant dominii pro-
priorum bonorum, ut modo sunt Religiosi, et fue-
runt fere omnes clerici in prioribus Ecclesiae seculis. Solum
ergo procedit nostra Resolutio de Clericis secula-
ribus qui sunt hodie in Ecclesia, postquam erecta
sunt Beneficia, et singulis est assignata pars
fructuum.

272 Positivum huius 2um Argumentum sic effor-
matur. Clerici habent dominium in fructus et red-
ditus suorum beneficiorum, ergo clerici non obligantur
ex iustitia ad faciendas eleemosynas de fructibus
seu redditibus suorum Beneficiorum. Consequentia facile probatur,
nam quilibet peccat de rebus suis ad libitum disponere
sine iniuria alterius, quia iniuria, aut iniustitia
solum est usurpare, aut retinere rem alterius, seu
rem alienam; qui autem rebus suis male utitur, peccat qui-
dem contra aliquam virtutem, non tamen contra iustitiam; propterea
Thomas supra citatus asseruit in rebus propriis pec-
cari per abusum, non vero per iniustitiam, et ita peccantes
non teneri ad restitutionem, et solum ad poenitentiam per-
agendam. Si ergo clerici hodie habeant dominium
in fructibus suarum praebendarum, et in redditibus
suorum beneficiorum, non poterunt teneri ex iustitia
ad bene utendum his fructibus qui sunt bona propria

eo

cleri cory. Nos autem nihil probat. 2. auth orit Bonifacij 273
Octavi in capite unico de clericis non resid. libri 6° ubi probat clericus non residentes dominium fructuum suorum beneficiorum, et declarat eos clericos non facere fructus suos, teneri ad restitutionem si eos acceperint: quod a contrario clericus residens habet dominium fructuum, et eos facit suos, alioquin privatio dominij non erit poena. 2° probat ex Tridentino sess. 23 decreto de reformat. ubi declarat eos non residens pro rata temporis absentiae fructus suos non facere, nec bona conscientia posse illos retinere, quod teneri fabricis Ecclesiae vel pauperibus erogare: ergo qui residet facit fructus suos et illos tuta conscientia retinere potest, et transferre dominium illorum fructuum, quod nullus facit res suas, nisi per dominium in illis et hoc iterum inculcat Concilium sess. 24. cap. 12 de reformat. ubi privat dominio fructuum eos beneficiarios simplices et curatos qui intra duos menses professionem fidei non fecerint.

Nos etiam probatur 3° a ratione: quod pauperes acquirunt dominium bonorum Ecclesiasticorum, quae ipsis dantur, ita ut eo ipso quod acceperint, faciunt sua, illaque possunt uti pro suo libito citra ullam injuriam: ergo clerici etiam acquirunt dominium eorum bonorum quae ipsis exhibentur ex redditibus suorum beneficiorum et possunt uti his redditibus pro suo arbitrio sine injuria alterius. Consequentia a nullo negatur. Antecedens vero a paritate rationis suadetur: nam ideo ergo ideo pauperes acquirunt dominium eorum bonorum quae ea bona ipsis alienata et distributa sunt: sed etiam quae clericis alienata et distributa est pars ex redditibus 274

ecclesiasticus perveniens: ergo. itaque divisa bonorum Ecclesiasticorum facit, quod quilibet et ipse distributus faciat seq: illis que ipsius Dominus assignavit. preterea Ecclesiastici hodie, ut supponimus, sunt Capaces dominij non minus quam pauperes, bona autem ecclesiastica magis pro eis que sunt intuitu administrationis divinorum per clericos effectum dicere quam ad pauperes clericos: ergo si aut pauperes sunt domini bonorum, quae ipsis exhibentur ab ecclesia, ita et clerici.

275 Ipsa 1º quod clericus debet solvere aes alienum contractum ex fructibus sui beneficij, quod clericus est dominus illorum fructuum. antecedens constat ex Cap. pro venit extra de fide iussoribus. consequens vero probatur: quia nullus potest solvere debitum proprium de bonis alienis; si ergo fructus beneficij non essent clericorum, sed pauperum, non posset clericus de illis fructibus solvere sua debita. Ipsa 2º ex praxi et consuetudine immemoriali in regnis Hispaniae et Galliae, ubi clerici de iure testantur de redditibus suorum beneficiorum, et eorum heredes succedunt in spoliis ab intestato, sed consuetudine hanc consuetudinem esse malam et iniustam: ergo clerici sunt vere domini reddituum suorum beneficiorum, quod si non essent, illa consuetudo esset mala et iniustissima; nam si illi redditus ex iustitia deberentur pauperibus in casu ne esset quilibet et alius in illis bonis succedens, cum ergo clericus sit dominus horum bonorum non potest teneri ex iustitia, sed solum ex charitate distribuere pauperibus quod sibi superfluat.

276 Sed dices: contra, S. Ioannes Chrysostomus in varijs canonibus dicit bona ecclesiae non esse sacerdotum

pau

Hec amplior et elegantior in quo Dominia et dispensatores
et procuratores bonorum Ecclesiasticorum - eo quod iustitia
nomine clericis desuper [illegible] facere [illegible]
[illegible] esse concomitantia [illegible] [illegible] [illegible]
Ecclesie, in [illegible] [illegible] beneficiariorum; praeterea
alij Canonistae [illegible] [illegible] beneficiarios eo tem-
pore, quo in [illegible] facta divisio bonorum Ecclesiasti-
corum, quam [illegible] [illegible] dicunt factam fuisse
a Simplicio Papa circa annum 470. alij vero
a [illegible] anno 324 in [illegible] Romano [illegible]
Cap. 4. [illegible] divisio [illegible] clericis [illegible] habebant
Dominium bonorum Ecclesiasticorum [illegible] [illegible]
alij Canonistae [illegible] bona Ecclesiastica bonorum [illegible]
[illegible] ob [illegible] ex [illegible] charitatis, quae habent cle-
rici ad [illegible] elemosinas [illegible] super-
flua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ut vidimus [illegible] [illegible] tamen laicis est
Dominium [illegible] et [illegible] charitatem tener
ad elemosinas.

Ob [illegible] Episcopi et Beneficiarij 277
non possunt testari de bonis ex beneficio Ecclesia-
stico provenientibus: quia Episcopi et Beneficiarij non
sunt Domini eorum bonorum, nec [illegible] de suis
bonis testari potest [illegible] [illegible] Capitulis
[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] quod
bona immobilia empta ab ecclesiasticis ex redi-
tibus Ecclesie, pertinent ad ipsam ecclesiam, non vero ad
clericos [illegible] [illegible] clerici non sunt Domini
illorum redditum, quibus ea bona immobilia emant.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
quod [illegible] [illegible] [illegible] sunt [illegible]

portorij in Galia et Hispania ut supra diximus. Sed
hec omnia nisi necessario cum circumstantiis et specialiter, quod
eo quod clerici prohibiti sunt [illegible] de illis bonis, neque
sibi emere bona immobilia in [illegible] [illegible] Domini
[illegible] [illegible] impedimentis. Dominus [illegible] ab
ordine ecclesiastico et praeceptor [illegible] [illegible] pro-
cerei et pupilli habeant [illegible] Dominus [illegible] bonorum
[illegible] cura, ut habeant eius bonis disponere.

Dubium 3.

278 Illa pars quae assignata est pauperibus in divisione bo-
norum Ecclesiasticorum hodie confusa est cum redditibus clerico-
rum, illa pars debetur ex iustitia pauperibus. Et red-
ditibus clericorum debita est ex iustitia pauperibus aliqua
pars. Et clerici ex iustitia tenentur facere eleemosynas
de istis redditibus. Sed non est negandum quod ex illa
pauperum portione instituta sunt hospitalia et opera
pia in beneficium pauperum in regnis nostris Hispaniae
magna pars decimarum tribuitur assignata ad
defensionem Ecclesiae contra infideles. Fateor ergo quod
ea pars pauperibus sit hodie confusa cum redditibus
clericorum. Sed non est minor [illegible] [illegible] soli
debetur pauperibus ex praecepto Ecclesiae quae [illegible]
[illegible] [illegible] divisione vel opposita
[illegible] [illegible] [illegible] pauperibus [illegible] clerici [illegible]
quod si [illegible] bonorum divisio facta ab ecclesia [illegible]
dare ex iustitia pauperibus adeo bona [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] tribuuntur iustitiae clericis in
[illegible] bona?

Sectio 5

Quando obligat praeceptum Eleemosinae.

Los demas que [illegible] en [illegible] breve [illegible]
e creti ~~[illegible]~~

Ave Maria [illegible]

Bertanga

Index Disputationum Questionum et Sectionum que in tractatu de charitate continentur.

... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ...

[illegible] similiter [illegible] [illegible] ordinem [illegible] [illegible] ...

et, si propria authoritate, aut relate [illegible] aut [illegible] ...

[illegible] quando aliq. ut [illegible] [illegible] [illegible], aut [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] proprio. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible], alterii et [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]

[illegible]: [illegible] 3a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] ...

[illegible], ut 1o [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ea, [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] ...

[illegible] [illegible] [illegible]? [illegible] [illegible] [illegible] ...


[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] ...


[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] propter [illegible] [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible] [illegible] ... [illegible] [illegible] ...

[illegible] [illegible]? ut aliq. [illegible] [illegible] magis [illegible]





Burgos